Zb
7938

1756.

S. C. M.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0001-1

VI, 36.

5, 226,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0002-6



FRANCISCUS CHRISTOPHORUS
Episcopus Spirensis, Sacri Romani Imperii Princeps
Præpositus Weisenburgensis.
Natus A.1706. 6. Marty Electus 1743. 14. Nov. Consecr. 1744

*I. I. Schweikard pinx.*

*C.P.S.C.M. SAC. CÆSAR. MAI. Aulicus Pictor et Sculp. G.B. Göz Cath. Sc. et excud. Aug. Vind.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0003-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0004-7

# ARBOR GENEALOGICA
## ILLUSTRISSIMÆ STIRPIS
## LL. BARONUM ab HUTTEN IN STOLZENBERG

Per novem Æræ Chriſtianæ Sæcula

In Sancta Romana Eccleſia & Sacro Romano Imperio

HEROUM, EQUITUM, PRINCIPUM AC PRÆSULUM

Feraciſſima,

*NOSTRO HOC SÆCULO*

**NOVO TROPHÆO CORONATA,**

QUANDO

REVERENDISSIMUS & CELSISSIMUS

PRINCEPS AC DOMINUS,

# D. FRANCISCUS CHRISTOPHORUS

EX ILLUSTRISSIMA FAMILIA

LL. BB. AB HUTTEN

IN STOLZENBERG,

*DEI GRATIA*

## EPISCOPUS SPIRENSIS,

## S. R. I. PRINCEPS,

ECCLESIÆ PRINCIPAL. WEISSENBURGENSIS PRÆPOSITUS &c.

*DOMINUS NOSTER CLEMENTISSIMUS*

Die 14. Novembris Anni 1743.

ELECTUS,

Die 17. Maji Anni Sequentis

*SOLENNISSIMO RITU*

CONSECRABATUR,

gratVLante & appLaVDente

eX DebIta gratItVDInIs obserVantIa

soCIetate IesV spIrensI.

Bruchſaliæ, Typis Antonii Georgii Gottſchall, Typographi Aulici.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0005-3

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

REVERENDISSIME ET CELSISSIME

# PRINCEPS,

## DOMINE, DOMINE

CLEMENTISSIME.

QUantùm Patria hæc noſtra *mortis ante tyrannidem experta ingemuit*, REVERENDISSIME ac CELSISSIME PRINCEPS! *tantam repentè ſenſit lætitiam, dum* TE *Divinâ auſpice Providentiâ* NEO-ELECTUM PRINCIPEM & EPISCOPUM *conſpiciebat. Felices enim ſe reputabant ſubditi, cum Principem & Præſulem ſuum, feliciſſimos verò, cum* CELSITUDINEM TUAM *ad Epiſcopale ſolium evectam vel viderunt ipſi, vel audierunt. Alii, quibus præſentes eſſe licuit, planctus ſuos in Jubila, ſuſpiria in plauſus, ac funebrem, quâ* EMINENTISSIMO CAPITI SUO *eousque parentabant, threnodiam in feſtivas acclamationes ſubitò commutârunt, alii alia ſuaviſſimæ voluptatis ſuæ argumenta dederunt, ſemper hactenus continuata, ac hodie præprimis mirùm aucta, dum conſecratas Manus devotiſſimè oſculaturi, ad pedes Tuos provolvuntur. Hæc tanta inter omnium ordinum gaudia minima ſocietas noſtra temperare ſibi non potuit, quin & ipſa, numero fortè, non affectu poſtrema tantam* TIBI *dignitatem,* TE IPSUM *ſibi & ſubditis gratularetur. Cogi-*

*tanti*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0007-4

*tanti verò, quodnam ſui in* TE *affectûs anathéma offerret, illud non inconſultum videbatur, ſi* TE *in* MAJORIBUS TUIS, & MAJORES TUOS *in* TE *Glorioſos adumbraret. Hinc* ILLUSTRISSIMÆ STIRPIS TUÆ ARBOREM GENEALOGICAM per novem Æræ Chriſtianæ ſæcula tam *in* SANCTA ROMANA ECCLESIA, quàm SACRO ROMANO IMPERIO HEROUM, PRINCIPUM ac PRÆSULUM FERACISSIMAM novo hodie Trophæo *in* CELSITUDINE TUA coronatam *ſupplex exhibet, quæ cum Tibi non poſſit non eſſe gratiſſima, neque exiles conatus ſuos ingratos fore confidit. Comes* ARBORI GENEALOGICÆ *tenuis Muſa adrepit, quæ eximias primò* MAJORUM TUORUM, *tum* TUAS *etiam* DOTES *paucis delibabit, ut ſummi infimíque intelligant, quantam de* TE, GENUINO AVITI SANGUINIS æquè, ac SOLIDÆ VIRTUTIS HÆREDE *exſpectationem concipere, quantam in* CELSITUDINE TUA *ſpem collocare & fiduciam poſſint ac debeant.*

*Suſcipe igitur* REVERENDISSIME ac CELSISSIME PRINCEPS, DOMINE, DOMINE CLEMENTISSIME, *ſuſcipe, ùt ſemper aſſoles, gratioſo vultu hoc qualecunque opuſculum, quod noſtra in* TE *Pietas ſuaſit, Gratitudo imperavit. Erit æternum* ILLUSTRISSIMÆ FAMILIÆ TUÆQUE GLORIÆ *monumentum, cum avitum* ILLIUS *florem, præclariſſima* MAJORUM TUORUM *geſta ex authenticis Stemmato-Graphorum, Hiſtoricorúmque documentis eruta, & proprias Virtutes Tuas complectatur; Erit & minimæ ſocietatis noſtræ perpetuum mnemoſynon, quo Tui in ſe Clementiſſimi favoris memoriam, ſuam in* TE *obſervantiam poſteritati tranſcribat. Atque hoc eſt unum* REVERENDISSIME ac CELSISSIME PRINCEPS, DOMINE, DOMINE CLEMENTISSIME, *quod præter demiſsiſsimam perpetuæ proſperitatis, felicitatíſque apprecationem ſupplex*

*Optat ac vovet*

*REVERENDISSIMÆ CELSITUDINI TUÆ*

*Devotiſſimum Collegium Societatis JESU Spiræ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0008-9

# PROLUSIO

## *Hiſtorico- Poëtica.*

**ECCLESIA SPIRENSIS & PATRIA** *in tertium jam menſem viduæ convenerant, tùm hærenti in viſceribus ob nuperrimum* DAMIANI HUGONIS, PRÆSULIS & PRINCIPIS *ſui, fatum dolori mitigando, tùm antiquo, quo Principes inter* S.R.E. & S.R.I. *Filias per plura jam ſæcula pulcherrimè enituerunt, ſplendori conſervando intentæ. Prior,* ECCLESIA, *ut moerorem leniat, ſuam ab ortu felicitatem recolit: eidem ut penitùs medeatur, novam* SIBI & PATRIÆ *è Florentiſſimo* REVERENDISSIMI & ILLUSTRISSIMI CATHEDRALIS CAPITULI Horto arborem Genealogicam, CRUCIS (a) à SCHOENBORNIANA STIRPE *per mortem* DAMIANI HUGONIS *avulſæ fulcrum, ab ejusdem* CATHEDRALIS CAPITULI GENIO *ſolito ardentiùs expetere ſtatuit.*

Europæum olim latè celebrata per orbem
Eſt Regio, gravidas ubi multo fœnore ſpicas
Offert fœta Ceres, prægnantes turgida vites
Jactat humus, dulcésque botri Mareotica plenis
Spumant vina labris, pinguem ſimul atq; venuſtam
Planitiem Natura parens utrinque bicolli
Obſepſit vallo, ſinuoſo ſyrmate Rhenus
Alluit: Eſt Regio, quò credas ſede relictâ
Elyſios abiiſſe ſuis cum fructibus agros;
Sic unam ſuperûm dictavit gratia terram!
Urbs jacet in medio Legum, Martíſque Virûmque
Heroum Mater, celſæ (Miracula mundi)
Ornabant turres, queis cunctas vicerat urbes:
Auguſtam veteres NEMETUM dixêre coloni.
Hanc primò dotem (Latiæ dum filia Matris
Veni in Teutoniam) primorum provida Patrum
Dextra dedit, cui magna Duces, Patriæque parentes
Vittati Myſtæ, Regesque augmenta dederunt. (b)

A Sed

(a) *Inſigne Spirenſe eſt* Crux argentea *in Campo Cæruleo.*

(b) *Fundatores* hujus Epiſcopatûs *ſcriptorum aut penuriâ aut incuriâ latent. Eundem verò auxerunt* Dagobertus, & Sigebertus Reges, Otto M. & alii, *ita Bucelinus.*

Sed magno ſteterat ſedes mihi prima labore:
Hanc etenim terram reliquis magis omnibus unam
Vana ſuperſtitio coluit, dum templa, coloſſos,
Et Paryͤs exciſa jugis ſimulachra profanis
Erexit gens cæca Diis (a), turpesque ſtatuto
Tempore panchæis adolebat nubibus aras.
Vix veni, vidique chaos, prô lugubre regnum!
Prô ſcelus! ingemui; Veneris tum fana, Jovisque
Deſtruxi, veroque dedi pia templa Tonanti. (b)
Gens primùm frendere, dein, quàm debile Numen,
Quod coluit, vix docta fuit, petit illicò ſacris
Baptiſmi lymphis tingi, Chriſtique ſüavi
Submittit ſua colla jugo, ſeſeque fatetur
Chriſticolam, probrisque Jovem Veneremque laceſſit.
Hìc ſedes mihi firma fuit, dum nata ſub imis
Inferni lacubus proſerpſit ſecta (c.) nitori
Cum reliquis inviſa meo; quæ quanta per omnes
Chriſtiadum fines generârit crimina, quantas
Intulerit ſtrages, ne penè obducta cicatrix
Rurſum crudeſcat, taceo, æternumque tacebo.
Senſi ego, cuî multum nocuit teterrima peſtis:
Templa expilavit, Myſtas populúmque fidelem
Aut ad veſanos graſſante tyrannide ritus
Compulit, aut ferro jugulavit. Preſſa gemebam
Non oppreſſa, novos ſupremo à Numine ſperans
Heroas, forteſque Viros, qui certa gementi
Auxilia afferrent. Nec me ſpes vana fefellit.
Namque peregrinis, Cœlo duce, miſſus ab oris
Jeſſius (d) accurrit, Myſtes probitate pioque
Inſignis fidei Zelo, cui læta bicornem
Impoſui mitram noſtræque inſignia terræ:
Is conjuratas invictâ mente phalanges
Aggreſſus, ſacris omnes devicit in armis.
Intereà maleſana Cohors me ſæpè reſumptis
Viribus invaſit, ſed fortunata ſubacto
Hoſte ſteti bis ſeptem ultrà jam ſæcula victrix, (e)
Imperii Princeps, Romanæ Filia ſedis.

Sola

(a) *Varia ibidem variorum Deorum templa erant: aliud in Monte* S. Germani *Mercurio, aliud in monte* S. Quidonis *Veneri, aliud Dianæ, alia aliis Diis Sacra. Ita manuſcripti hujus Epiſcopatûs Annales Auth. Philippo Symonis Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Capituli Secretario.*

(b) *Dicta templa verſa, vel in ædes* Triuni Deo *ſacras commutata, & ſanctorum honori dicata ſunt, partim ſub Jeſſio Spirenſium Epiſcopo, partim ſub* Dagoberto *Rege &c. ita memorati Annales.*

(c) *Fuit hæc Arii. Iidem Annales.*

(d) Jeſſius, *ſive, ut multis præplacet,* Jeſſe *anno Chriſti* 330. Sylveſtro I. *Eccleſiæ, &* Conſtantino Magno *Imperii faſces tenente,* Spirenſium, *tum temporis* Nemetum, *jam* Epiſcopus *non primus, ſed aliorum Succeſſor erat. Ita Annales Spirenſes.*

(e) *Ex dictis* de Jeſſio I. *Spiræ Epiſcopo patet, Epiſcopatum hunc quatuordecim ſæculis & ultrà floruiſſe.*

Sola poteſt, potuítque meæ mors ſæva nocere
Fortunæ, dum falce ſuâ, queis nixa quieſcit
Crux mea, (a) progenitos illuſtri ex arbore ramos
Avellit. Truculenta Lues! ſtyge nata propago!
Mors fera! quid rurſus Schœnborno è ſtemmate Termes,
Inſignis Termes, Nemetúmque Columna, ſecuri
Præda tuæ cecidit? Nil proficientia perdo
Verba! meæ cecidit, cecidit fiducia gentis!
Nunc quid agam? fulgens per tot jam ſæcla ſub umbras
Splendor abit, ruitura labat Crux! forte labanti
Ni citò ſubjiciam fulcrum, ruet illa ruénsque
Concutiet ſimili me, ſubjectosque, ruinâ.
Id reſtat: claras non uno Præſule ſtirpes
Hortus alit (b) numerátque pari de ſtemmate ramos
Fulcra Crucis, magnùmque decus.

*Hìc accelerantem inſperatò* Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi Capituli Cathedralis Genium *conſpiciens Patria ancipiti voce gemitus* ECCLESIÆ *& vota proſequitur.*

# ELEGIA.

EXſpectata veni, dubiæ tranquilla carinæ
Aura! veni noſtris ſola medela malis!
Aſpice me! neutra eſt rubicundo florida vultu,
Quæ nuper fuerat, ſola ſed umbra ſuî.
Sic miſeras planctus, ſic nos confecit, edaci
Jam propè depaſcens viſcera dente, dolor.
Nec mirum: quid enim? cecidit, cur lingua ſtupeſcis?
Ah cecidit! medios perfice juſſa ſonos!
Ah cecidit noſtris Arbos gratiſſima campis!
Nec nova ſucceſſit, te moderante, loco.
Hinc qualis rabido jactatus navita fluctu
Auxilium, Auxilium voce, manu-que vocat;
Sic ſic clamamus: flectat tua viſcera caſus,
Nobisque optatam (nam potes) affer opem.
Affer opem, nimioque leva præcordia luctu,
Et ſana medicâ vulnera cruda manu.
Hæc niſi te moveant, fractis per vota preceſque
Rumpemus Cæli limina clauſa ſeris.

*Audiit planctum* Genius *leniterque ſubridens, ne diuturniori, ùt ſolet, morâ creſcat dolor, utramque paucis ſolatur:*

# ELEGIA.

SAlſifluas, queis ora natant, deterge procellas,
Terge madeſcentes bina Columba genas!
Eſt mihi fœcundus non uno germine campus,
Plures ramiferas fert meus hortus opes.

Una

(a) *Inſigne eſt ejusdem Epiſcopatûs.*
(b) *Reverendiſſimi ſcilicet & Illuſtriſſimi Capituli Cathedralis.*

Una Arbor cecidit, ; non deficit altera, digna,
Quo cecidit præceps illa, tenere locum.
Utraque vernantem, quam flecti neſcia ſtravit
Mors, ſtirpem triplici fœnore læta feres.
Tende manum, manuique meæ, quam porrigo, junge,
Invenies certum, me duce, ſortis iter.

*Erectiori jam animo Eccleſia & Patria junctâ protinùs manu ducem ſequuntur: ad auguſta variisque ſuffulta columnis mœnia paulò pòſt perventum eſt, quorum bipatenti marmoreæ portæ inciſa legebatur Epigraphe:*

# HORTUS GENEALOGICUS
## REVERENDISSIMI ac ILLUSTRISSIMI CATHEDRALIS ECCLESIÆ SPIRENSIS CAPITULI
### Avitis Stirpibus
celeberrimus.

*Vix accelerantes conſpicata* Horti Præſes Flora *facto, quâ potuit celeritate, aditu, ingredi advenas jubet: ubi gemino in ordine pulcherrimæ tam flore, quàm fructu ſurgebant arbores quindenæ,* (a) *quas, ùt primo obtutu vidit Eccleſia, ſui præ gaudio vix compos hâc ducem* Genium *amicè affatur.*

## ELEGIA.

HUc oculos converte Comes! Quæ pignora floræ?
Quæ velut heſperiis eminet arbor agris?
Ter quinam ſpectas utroque ex ordine ſtirpem,
Næ paradiſiacis prodiit iſta plagis!
Quæque meo digna eſt ornatu, quæque perenni
Fulciet innixam non ſine laude Crucem!
Te penes arbitrium eſt; tantùm, quamcunque præoptes,
Pande, voluntati ſit mea juncta tuæ.
Pande, precor, poſcit tempus, mea commoda poſcunt;
Nam mora, parva licet, maxima damna parit.

*Annuens optanti* Genius *cum comitatu progreditur. Reliquas inter arbores una (à dextris quinta) omnigeno decore eminebat, ad quam cæteræ ſuos jam inclinare vertices videbantur; quod Cæli Naturæque portentum ſtupentes advenæ feſtino pede approperant. Arbor erat tam naturæ, quàm gratiæ artificis prodigium. In area circa radicem lectiſſimis contextum floribus ſequens erat*

## EPIGRAMMA
cum Lemmate: Fert omnia.

Non largo quæcunque ſinu fert omnia tellus,
Naturæ lex eſt: hâc tamen iſta vacat;

Iſta

(a) *Tot ſunt Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi Cathedralis Eccleſiæ Capitulares.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0012-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0013-7




L. I. Schweickard delin. C.P.S.C.M. G.B. Göz Sc. et exc. A.V.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0014-3

Iſta Duces, Proceres, vittatos tempora Myſtas,
Et Pugiles; paucis: omnia ferre ſolet;
Fert Peda, fert Lauros, fert Enſes, Pallia, Mitras;
Et quis naturæ lege vacare neget?

*Exterior ipſius Arboris cortex aureo inſcriptum ſtylo hoc referebat Symbolum:*

# ARBOR HVTTENIANA

VetVsta et nobILIs, VenVsta et fertILIs
à PoLo rIgata,
ab EhrenreIChIo propagata,
InDIes
effLoresCens. (a)

Quisquis ades, tantæ ſi forſitan ARBORIS auctas
Nôſſe cupis dotes, te docet ipſa, cape.
Fertilitas varii jucundo pondere fructûs,
Nobilitas ortu, vertice, flore patet,
Grande vetuſtatem longævo ſtipite ſtemma,
Atque venuſtatem brachia celſa probant.

*Præſentes inſolito ARBORIS hujus ornatu non parùm delectantur, ideóque brevi hoc voto eidem applaudunt:*

Perge Arbor, fLoréqVe DIV, ſtIrps aVrea perge!
EXſpeCtant raMos qVæLIbet arVa tVos. (b)

(a) *Innuit Annum Chriſti* 935. *quo* EHRENREICHIUS AB HUTTEN, Mareſchallus Fuldenſis, *ſub* Carolo Francorum Duce, Nobiles Buchoniæ Equites, *contra infideles Hunnos* Sacri Romani Imperii *hoſtes*, *ad* Henricum I. Rom. Imper. *cognomento Aucupem adduxit. His devictis*, Henricus *Victoribus ex Germanicâ Nobilitate Officialibus gratias habiturus*, *ſic dicta Torneamenta*, *ſive Ludos Equeſtres inſtituit*, *atque primùm Magdeburgi Anno* 938. *celebravit*; *quibus utique* EHRENREICHIUS AB HUTTEN, *Equitatûs Ductor*, *ex bello redux victor*, *interfuit inter Octoginta illas galeas*, *quas Conradus Franconiæ Dux in ſepta induxit*; *inter quas Principes numerabantur quatuor*, *Comites viginti duo*, *reliqui quinquaginta quatuor Barones*, *Equites*, *& Nobiles*, *quorum Nomina non recenſentur. Cum autem ex Articulo* 12. *Torneamentorum*, *Rixnero*, *Bucelino*, *& Modio de Triumphis & Haſtiludiis teſtibus*, *ad Torneamenta nemo admitteretur*, *niſi nobilitatem ſuam à quatuor ſtemmatis ſui Majoribus Nobilibus recto ſtipite comprobâſſet*; *promum eſt colligere*, *quod jam tum antiquiſſima* Hutteniorum *Familia*, *Nobiliſſimæ ſtirpis ſuæ vetuſtatem*, *per quatuor Majores*, *ultrà quartam generationem*, *in annos retrò ducentos extenderit.*

(b) *In Annum Electionis Celſiſſimi Principis* 1743.

# PARS I.

## GLORIOSÆ STIRPIS LL. BB. ab HUTTEN IN STOLZENBERG ARBOR GENEALOGICA

Per novem Æræ Chriſtianæ Sæcula

Heroum, S. R. I. Equitum & LL. Baronum

Recto Stipite

Feraciſſima.

*Qui nova Monarchiis aut Hierarchiis capita præficiunt, in id præ cæteris incumbere ſolent, ut & avito honori & commodo conſulant; utrique conſulunt, ſi virum Illuſtri Majorum ſanguine non minùs, quàm propriâ virtute inſignem eligunt. In hæc duo intentus vel maximè erat* Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi Cathedralis Eccleſiæ Spirenſis Capituli Genius novum Epiſcopatûs ſui Præſulem, & S. R. I. Principem *Electurus. Inde, quemadmodum ad* glorioſam L L. BB. ab HUTTEN in Stolzenberg Arborem Genealogicam *mirùm ſeſe affici ſenſit, ita ejuſdem primò gloriam ſtudioſiùs indagare ſtatuit; Hanc verò cum omnes, quotquot hodiedum illuſtriores ſunt Familiæ*, Majorum ſuorum, Heroum *præprimis &* S. R. I. Equitum *virtuti debeant, illorum quàm ferax* Arbor HUTTENIA, *nôſſe avet. Cui ut faciat ſatis* Illuſtriſſimæ Familiæ Genius *celebriores recti ſtipitis propagines, Heroës ſcilicet*, & S. R. I. Equites, *quos ſuperſtites veterum Germaniæ ſcriptorum faſti à rebus præclarè geſtis quolibet ſæculo commendant, feſtivum inter pæana recenſet:*

### Sæculo X.

Anno

930. *EHRENREICH ab HUTTEN*, Copiarum auxiliarium contra infideles Hunnos S. R. I. hoſtes, ſub Conrado Franconiæ Duce, ad Henricum I. Aucupem Ductor.

### Sæculo XI.

1019. *EUCHARIUS, aliis CAROLUS ab HUTTEN*, ſub Conrado II. in Ludis Equeſtribus Treviris celebris.

Sæcu-

## Sæculo XII.

1179. Rudolphus ab Hutten, ſub Friderico Barbaroſsâ in Ludis Equeſtribus Coloniæ electus Septi Curator & Cuſtos.

## Sæculo XIII.

1209. Euſtachius ab Hutten.
1235. Ludovicus I. ab Hutten, in Lud. Equeſt. Herbipoli.
1250. Frobinus ab Hutten, Mareſchallus Fuldæ.
1274. Eckenbertus ab Hutten.
1296. Ludovicus II. ab Hutten, in Lud. Equeſt. Schwinofurti.

## Sæculo XIV.

1310. Ludovicus ab Hutten.
1314. Simon ab Hutten, Abbas Hersfeld. S. R. I. Princeps.
1329. Fridericus ab Hutten, Eques & Mareſchall. Fuld.
1337. Frobinus ab Hutten, Eques.
1340. Conradus ab Hutten, Conſil. intim. & Præf. Aul. Herbipoli.
1373. Frobinus ab Hutten.
1380. Frobinus ab Hutten.
1390. Frobinus ab Hutten, Mareſchall. Fuldenſis.

## Sæculo XV.

1414. Ludovicus ab Hutten, Eques.
1426. Joannes ab Hutten.
1447. Ludovicus ab Hutten, Eques.
1466. Conradus ab Hutten, Conſ. intim. & Præf. Aul. Herbipoli.
1471. Fridericus ab Hutten, Mareſchallus Fuldenſis & Eques.
1479. Ludovicus ab Hutten.

## Sæculo XVI.

1502. Conradus ab Hutten, Mareſchallus Herbipoli.
1514. Bartholomæus ab Hutten, Ord. Teut. Eques.
1521. Ludovicus ab Hutten, Burggravius Gelnhuſæ.
1529. Frobinus ab Hutten, Eques, Mareſchallus Moguntiæ, Conſil. Bell. Cæſareus.
1532. Ludovicus ab Hutten.
1535. Lucas ab Hutten, Gelnhuſæ Burggrav.
1540. Mauritius ab Hutten, Epiſc. Eyſtad. S. R. I. Princeps.

1546.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0017-9

1546. Philippus ab Hutten, Eques Chiliarcha Cæſar. Gubernator Regni Perù in Indiâ, à Proditoribus occiſus.
1558. Wolffgangus Theodoricus ab Hutten, Eccleſ. Herbipol. Decanus.
1569. Valentinus ab Hutten.

Sæculo XVII.

1615. Georgius Ludovicus ab Hutten, Mareſchallus Palatinus.
1615. Bernardus ab Hutten, Conſil. Cæſareus.
1617. Joannes ab Hutten.
1639. Fridericus ab Hutten, Chiliarcha Cæſar.
1685. Joannes Philippus ab Hutten, Ord. Teut. Eques, fuſo in obſidione & aſſultu Vivarini in Hungaria contra Turcas ſanguine glorioſus.
1690. Joannes ab Hutten.

Sæculo XVIII.

1728. Franciſcus Ludovicus ab Hutten, Sac. Cæſ. Majeſt. & Celſiſs. Princ. Herbip. Conſil. intim. Archi-Satrap. Gerlocur. *Celſiſſimi Principis Noſtri* Pater.
1729. Chriſtophorus Franciſcus ab Hutten, Epiſc. Herbip. S. R. I. Princeps, & Dux Franciæ Orientalis, *Celſiſſimi Principis Noſtri* Patruus & Patrinus.
1743. Reverendiſſimus & Celſiſſimus Princeps ac Dominus D. *FRANCISCUS CHRISTOPHORUS* Epiſc. Spir. S. R. I. Princeps & Prin. Eccleſ. Weiſſenburg. Præpoſitus, Dominus Noſter Clementiſſimus.

Philippus Wilhelmus L. B. ab Hutten in Stolzenberg, Herbip. Aulæ Mareſchall. & Conſil. int. Archi-Satr. Carolopol.
Wilhelmus Antonius L. B. ab Hutten in Stolzenb. Eccleſ. Metrop. Mog. Cathed. Herbip. & Equeſt. ad S. Alban. Mog. Can. Capit.
Adalbertus Philippus L. B. ab Hutten in Stolzenberg, Eccleſ. Imper. Bamb. & Equeſt. Comburg. Canon. Capit.

*Celſiſſimi Principis Noſtri Fratres Germani.*

Fridericus Carolus
Franciſcus Philippus
Ferdinandus Georgius
Joſephus Carolus
} LL. BB. ab Hutten in Stolzenberg.

*Celſiſſimi Principis Noſtri ex Fratre Nepotes.*

Hi vel glorioſi in pulvere olympico Equites, vel celebres in Sago aut Togâ Heroës, ob maximos pro patriâ labores in Poſterorum memoria vivent immortales.

*Protu-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0018-5

*Protulerat iſta Familiæ* Genius *communi omnium applauſu; ſed Cathedralis Capituli* Genium, *quo neſcio, vultûs indicio, ipſa ſingulorum, plerorumque ſaltem, tantorum virorum facinora audiendi percupidum animadvertit. Quare* Martem Sacrámque Themidem, *quibus Majorum geſta notiora eſſe ſolent, acciri jubet. Subinde* Eccleſia Spirenſis *in Arboris radice tot labaris condecorata* EHRENREICHIUM GENEARCHAM *demiratur.*

## ODE Allegorica.

ELecta Radix! Nobile fertilis
Germen parentis! Germen Olympicum,
Quo divites Artaunianæ
Unanimis Superûm Senatus
Beavit hortos Chloridis! Impigra
Non uſitato Mater originem
Natura cœpit more; primis
Principiis opus abſolutum,
Plenum ſub ortu Luciferi jubar,
Fontem in ſcatebris, & fluvium dedit
In fonte, dum ſolâ decoram
(Quâ nituit vetus arbor unquam)
Radice clauſit prodiga gloriam.
Sed fallor, imam ſi voco ſtemmatis,
Quod cerno, Radicem! altiores
Arbor habet, quibus ante plura
Jam ſæcla nata eſt; (a) hinc medium decet
Dixiſſe ſtirpis ſtemma, quod aureos
Semper vireſcenti cruore
Paſcit, alit, cumulátque Ramos.

*Plures, quas* Eccleſia *conceperat, laudes,* Martis ſacræqúe Themidis *cum comitatu adventus interrupit.* Mars *verò intellecto jam, de quo agendum, negotio, primùm* Arboris Genealogicæ *ſtemma, EHRENREICHIUM ab inauditâ in bellis fortitudine, & exantlato pro aris focíſque labore prædicat.*

## Lemma. Totius Gloria Gentis.

## ODE.

INVICTA PUBES! Magne potentium
Sanguis Deorum, Belligeri pugil
Decúſque Martis, Terror hoſtis,
HUTTENIÆ GENEARCHA STIRPIS!
In Te revixit conſcia bellicæ
Antiquitatis progenies, tuas
Regina mundi Roma palmas,
Graja tuas, reliquæqúe gentes
Flexo verentur poplite laureas;
Tam glorioſis, quà medius liquor
Secernit Europen ab Afro,
Quà tumidus rigat arva Nilus,
Clareſcis armis. Si ſpolio gravis
OEtæus Heros, ſi Macedo ſtygis
Orbíſque victor, Perſëúſque
Tænariis ſuperas ab oris

C Auras

(a) *Alludit ad id, quod ſuprà de Ehrenreichio ab Hutten.*

Auras viderent, attoniti ſuis
Majora geſtis geſta ſtupeſcerent,
Te Primipilum, Principémque
Armicrepo colerent fragore.
Quippe altiori neſcia cedere
Flagrâſſe quondam pectora ſpiritu
Satis probâſti, dum feroces,
Buchonicæ Decora alta terræ,
Duxiſti in Hunnos: Gens erat omnibus
Horrenda Regnis, Gens fera, perfida,
Crudelis, atrox, vix cruoris
Purpureo ſatianda nimbo.
Hîc æviternam Vulnere, ſanguine,
Ipsóque tandem funere gloriam
Empturus, inſtigante cœlo,
Æmathiis ſata bella campis
Solus novâſti; primus in agmina,
In arma primus, primus in aggeres
Dux irruebas, atque Miles
Conſilio, validâque Dextrâ.
Sic ſtratus enſes à jugulo ſuos
Avertit hoſtis, fracta ſuperbia,
Partæqúe inultâ cæde Lauri,
Quámque novo furialis œſtro
Cohors Scytharum plus vice ſimplici
Vaſtavit armis, patria priſtinæ
Securitatis ſorte gaudet,
Et Pharias imitata moles
Trophæa condit, quæ neque temporis
Ferruginoſo carpet edacitas
Morſu, nec arrodet furentis
Invidiæ vitioſa proles.
INVICTA PUBES! Hæc tua gloria,
Quam geſtientis Nympha Boryſthenis,
Et Tigris & Rhenus celebrant,
Quam rabidis furibunda telis,
Diúque ſterni neſcia, ſed tuo
Nunc ſtrata ferro Tartariæ Lues,
Cunctæqúe Gentium phalanges
Depoſitis venerantur armis.

HEROIS GENEARCHÆ *Encomia non mediocri omnes admiratione exceperunt, præcipuè* PATRIA SPIRENSIS *lætitiæ ſuæ impotens Ethymologicum hoc ſubjungit*

## EPIGRAMMA:

Hinc *DIVES* ſummis exurget *HONORIBUS* Arbos,
Cujus ſtemma fuit *DIVES HONORIS EQUES.*

*Prolatæ à Patriâ ſententiæ veritatem ut oſtendat Martis Comes, Ludorum Equeſtrium Præſes, oculos à Radice & ſtemmate paulò altiùs ad aſcendentes recto ſtipite propagines, Clypeis, Haſtis, & Ceſtris conſpicuas,* HUTTENIOS *ſcili-*

*cet*

*cet* EQUITES, *elevare ſingulos jubet, quorum ipſe utpote verſatorum in arenâ ſuâ pugilum Encomia & virtutes brevi hoc concludit*

Lemmate: Aſſimilat partum ſibi ſtemma.

# ODE.

Radix malignæ lege putredinis
Exempta ſanum traduce procreat
Liquore ſtemma, ſtemma cunctos,
Quos gravidâ generat parente
Tellure, partus aſſimilat ſibi.
Quis hîc aviti roboris æmulos
Tot Scipiones, tot Camillos,
Tot Patriæ nova fulcra terræ,
Quotquot tremendi nomine Surculi
E Florulento ſtipite pullulant,
Miretur enatos, novémque
Continuis viguiſſe ſæclis?
Fortes creantur fortibus. Inclytus
HUTTENIANÆ STIRPIS HONOS pares
Famâ ſibi dedit NEPOTES
Teutonico Telamonas orbi.
Magni Parentis, Gloria non minor,
Cadmæa meſſis! Maſcula pectora!
Hæc veſtra Laus eſto, paternas,
Nî propriis ſuperâſſe, ſaltem
Æquâſſe dotes! Hoc Alemannia
Suſpexit olim, dum velut æneos
Vos vidit Athletas in omni,
Quæ patuit Proavis, arenâ.
Vel præmiatrix Laudis olympico
Templum in Theatro Fama, vel acrior
Bellona Jani tecta pandit,
Vos ſuperûm reperêre proles.
Primas mereris CAROLE! (a) Quo Patre,
Quâ Stirpe natus, pulvere Equirio
Non indecora præbuiſti
Magnanimo documenta corde,
Dum Trevirenſes Te populi ſuis
Vidêre Circis inter Equeſtrium
Nubes Cohortum; Par Tonanti
Ore tuam placido probâſti
Serenitatem, non galeæ Chalybs
Bis térque fractus, non adamantinis
Alliſa ſcutis æra, cœpto
Impavidum valuêre pectus
Terrere curſu; Nobilium phalanx,
Urbis penates, turbâque Teutonum,
Quin ipſe certantem ſtupebat
Teutonici Moderator orbis.

Laborio-

(a) *Carolus (aliis Eucharius) ab Hutten, ſub Conrado II. in Ludis Equeſtribus Treviris Sæculo XI.* 1019.

Laborioſum non Aquilâ minor
Parente Pullus nunc ſtadium ſubit
RUDOLPHUS, (a) Hic Equiriarum,
Quas Ubiæ ſtupuêre turres,
Princeps phalangum; Nec mea poſthumas
Audet protervo pollice Pieris
Efferre Laudes, BARBAROSSA
Ipſe tuus ſatis eſt diſertus
Encomiaſtes, dum tua frondeis
Cinxit Coronis tempora, dum Ducem,
Septique Cuſtodem creavit,
Atque Ducum ſtatuit Toparcham.
Quid LUDOVICOS? (b) quid RELIQUOS canam
CIRCI STRATEGOS? Belligeros Duces, (c)
Pleroſque robuſtos Atlantes,
Seu propriâ Patriæ ſalutem
Salute pactos, ſive (quod altius)
Noſtris profuſo ſanguine pro focis
Aríſque claros? pauca dico:
Arte ſuâ, ſocióque Marte
(Ceu fortiorum Numina Militum)
Parata digno præmia vertici
Tulêre, quod famâ perenni
Sera retrò celebrabit ætas.

# EPIGRAMMA IN ANTIQUITATEM HUTTENIANÆ FAMILIÆ à LUDIS EQUESTRIBUS PROBATAM.

HVttenICæ StIrpeM GentIs teſtatVr EqVeſtrIs
OrDo: eXhIs faſtIs GLorIa Vera LIqVet. (d)

(a) *Rudolphus ab Hutten, ſub Friderico Barbaroſſa, in Ludis Equeſt. Coloniæ electus Septi Curator & Cuſtos Sæc. XII.* 1179.
(b) *Ludovicus I. & II. ab Hutten, Sæcul. XIII. ille Herbipoli* 1235. *iſte Schwinofurti* 1296. *in Ludis Equeſt.*
(c) *Jam ſuprà nominatim memorati ſunt.*
(d) *In annum Electionis Celſiſſimi Principis Noſtri* 1743.

*Alter-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0022-7

*Alter Martis Aſſecla Arcium Præſes* duos Gelnhuſæ Burggravios *Enſe non minùs, quàm ſapientiâ, pari cum Equitibus prærogativâ dignos contendit.*

# ODE.

ASt LUDOVICUM, LUCAMQUE celebria belli
Hic præterire fulmina,
Quî feret Alta Domus?
Nam quis Honos, Superi! quæ Gloria Stemmatis? Ambo
Virtute, Providentiâ,
Sunt Patribus Similes.
Quod communitis UTRUMQUE ſub ALITIS Ala
Præeſſe Caſtris contigit,
Hoc ſpeciale fuit.
Præfuerant ſemper (Gelnhuſica Valla notârunt)
Cum Laude ſummâ Cæſaris,
Utilitate pari;
His etenim Caſtri Tutoribus Arma, vafráſque
Riſêre fraudes hoſtium,
Grandiloquáſque minas.
Scilicet exteriùs Sapientia muniit, Enſis
Defendit intrà mœnia,
Et cataphracta Fides.

*Intereà Familiæ* Genius *ſacrorum etiam Heroum, quales Arbor exhibet, Crucem ſimul & Enſem præferentium, alterius propriâ ſalute pro Chriſtianis ſacris non ſemel expoſitâ, alterius fuſo contra Turcas Vivarini in Hungaria ſanguine Clari mentionem facit.*

# EPIGRAMMA

In Enſem cum Cruce conjunctum.
Lemma. Ad utrumque parati.

Cum Cruce pacifica bellacem jungimus Enſem;
Pace, quod in bellis hic nequit, illa poteſt.
Sin autem nequit illa, vides ad utrumque paratos;
Quod disjuncta nequit vis, ſociata poteſt.

# ODE.

NUm res profana, num ſacra cruentas ſuâ
Captare Lauros Dexterâ?
Conſperſa tabo ſcuta, vel parmæ decent
Profana belli fulgura;
Amazonúmque turba purpureo rigat
Satiátque fauces flumine:
Sed, qui ſacratis enitent cincti Togis,
Enſes & arma dedecent.
Sic cogitabit, quisquis hos Pugiles videt
Gladiis & armis fulgidos;
At errat: ipſo Numinis nutu ſtolam,
Et arma geſtant Martia,
Ut ſub potenti Nomine & ſigno Crucis
Lunam laceſſant Turcicam,
Cornuáque frangant, & coruſcantes faces
Mergant profundis noctibus.
Hos numerat inter HUTTENIA DOMUS duos
Deprælianteſ ASSECLAS

D Nos

Primus (a) ſacratam Numinis Miles ſubit
Heroo arenam pectore;
Quæ laude digna geſſerit, teſtis Chalybs
Et ſtrata Thracum millia.
Alterius (b) adeò pectus urebat Calor,
Suæ ut ſalutis immemor
Centum per enſes, tela per & hoſtis globos,
Per mille mortes pergeret;
Neſcivit avido Numinis Zelo flagrans
Breves Columnas Herculis.
Quocunque venit, ſanguis expreſſit pedem
Victrice ſparſus dexterâ;
Sæpè expetebat pro Deo & verâ Fide
Dediſſe magnum Spiritum;
Tandem profuſas ſupplicis Cœlum preces,
Pióſque planctus audiit,
Dum Vivarinum Turcico preſſum jugo
Armis premebant Teutones.
Hîc inter altam Corporum ſtragem & ſtruem
Quàm glorioſus occidit,
Quámque pretioſo nobilem noſtro dedit
Orbi Triumphum ſanguine?
Nunc agite, VICTO canite VICTORI tubæ
Pæana, plauſum tympana!
Hungaria Rhodios erige Coloſſos tuæ
Quondam ſalutis Vindici,
Præclara Cedro geſta, præclaras Ducis
Inſculpe dotes marmori!

## EPIGRAMMA.
### In plurimos alios Heroës & Equites
### è
### Recto Stipite & Ramis Lateralibus.

INnumeros numerat Pugiles Mavortis avita
Arbor; quî numeris claudere Muſa queas?
Nec potes affines ſatis exornare proterva
Pieris Heroas; tutiùs ergo taces!
Tutiùs ergo taces! cœpto deſiſtere præſtat,
Quàm cœptum nunquam reddere poſſe metrum.

*Subinde* & ſacra Themis, *quos in Togâ hactenus ex* HUTTENIANA STIRPE *Heroas experta eſt, à Virtute, Sapientia, & Conſiliis commendat.*

Plus ultrà
Muſa!
Non ſagata tantùm Pallas, ſed & Togata
Suos numerat Heroas,
Illuſtris Notas Stemmatis.

Et

(a) *Bartholomæus ab Hutten*, 1514. *ùt ſuprà.*
(b) *Joannes Philippus ab Hutten*, 1685. *ibid.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0024-8

Et Regna, Provinciæ, Aulæ, ac Urbes
Circi ſunt olympici,
Et Campus Martius,
Ubi
Exercentur Athletæ,
Atlantes orbis Olympo pares.
Heroum Indolem
Non Militiæ Enſis, ſed Juſtitiæ & Sapientiæ,
Ceu Lapis Lydius,
probat.
Hic
Ultimus gradus, imò apex eſt
Ad Gloriam.
Lateret Cæſar,
Niſi eâdem manu, quâ meſſuit Lauros,
Subditos regere,
Eodem ore, quo prædixit Victorias,
Oracula fundere
didiciſſet.
Heroes Hujusmodi
In primo HUTTENIANÆ STIRPIS ortu
Superiora ſuſpexêre ſæcula,
Suſpiciunt hodierna, & obſtupeſcent futura.
Nam
Tritam ſemper Majorum Semitam
Ut in Circo, ſic in Stadio,
Ut in Sago, ſic in Togâ,
Tenuerunt
Non Degeneres à Parentibus Filii.
Plurimos taceo, paucos Commemoro,
Qui,
Cum alii in Caſtris Rempublicam foris,
In Curiis defenderunt Domi.
Ex His
AULA CÆSAREA
PHILIPPUM & BERNARDUM (a)
à
Conſiliis ſibi eſſe voluit,
Viros Sapientiâ & Ingenio nulli Secundos,
Poſteriorem Regno Perù
Gubernatorem dedit,
Cujus
Sapientiam ſapiens teſtatur Regimen,
Fidem Sanguis,
Quo, Quemadmodum vivus optavit,
Ita proditoris manu peremptus Eandem ſubſcripſit.
Variorum in Aulis tentata prudentia eſt,
Alii Mareſchalli, Præſides Alii,
Alii Conſiliarii,
Omnes

(a) *Hi & Reliqui in Dignitatibus politicis conſtituti jam habentur ſuperiùs.*

Omnes ſibi Pares
Virtute & Honore,
Quia omnes in munere ſuo Eximii;
Hoc uno Diſpares,
Diſpari quòd tempore in gradu Diſpari
Conſtiterint.
Teſtes Aulæ
Principales, Ducales, Electorales,
Mogona, Palatina, Franconica, Buchonica.
Hodiedum Franconica Veneratur
Æquitatem, Conſilia, & Fidem
Franciſci Ludovici p. m. S. C. M. & Sui Conſil. Intimi,
Parem Magno Parenti Filium
PHILIPPUM WILHELMUM
Suſpicit.
Reſpublicæ
Dum ſibi conſultum volebant,
DE HEROE TANTO, hoc eſt, HUTTENIANO,
Subditis proſpiciebant,
Qui Sibi ad Laudem, aliis ad Salutem
Propria potiùs, quàm Publica Commoda
Negligeret.
Vitam Glorioſam glorioſiori cum fato
Commutârunt
Sui in Patriam Amoris
Victimæ.
Romanum Tumulis meritò inſcribit Imperium:
HEROES HUTTENII
PRUDENTIÆ MIRACULA, ORBIS PROPUGNACULA,
QUORUM IN VIVIS REQUIES
LABOR PRO POPULO;
VITA,
VITA PRO SUBDITIS CONSUMPTA MORI.
Hic Lingua conticeſcit,
Ubi Heroës quieſcunt:
Hoc eſto Tenuitatis Emblema,
Heroæ Indolis,
Prudentiæ & Sapientiæ
Anathema.

VOTUM
ad
GENEALOGICAM ARBOREM HUTTENIANAM
Per novem Æræ Chriſtianæ Sæcula
Heroum, S. R. I. Equitum & L L. Baronum
Recto Stipite Feraciſſimam:
Vt VIreas, CresCásqVe DIV GratIſsIMa TerrIs
Arbos, Te sVperIs RorIbVs AVra RIget. (a)

(a) *In Annum Electionis* 1743.

# PARS II.

# GLORIOSÆ STIRPIS LL. BB. ab HUTTEN IN STOLZENBERG ARBOR GENEALOGICA

## Per novem Æræ Chriſtianæ Sæcula IN S. R. E. & S. R. I. Præſulum ac Principum Feraciſſima.

*Niſi Majorem*, *quàm* Heroes & Equites, *parem certè* antiquis Nobilium Familiis *prærogativam afferunt* S.R.E. Præſules & S.R.I. Principes; *Non enim minori dignum Encomio eſt*, *ſubditos Epiſcopali Pedo*, & *Enſe Principali*, *atque armatâ manu tueri*. *Quam ob rem* Cathedralis Elector Genius *agnitis*, *perpenſiſque* Hutteniorum in Sago & Togâ Heroum, Equitúmque *geſtis*, *magno nôſſe deſiderio cupiebat*, *párne Reſpublicas Sacras ac profanas gubernandi ratio* & *dexteritas* Illuſtrem hanc Stirpem *commendaret*. *Nec id celare potuit*, *quin* Illuſtriſſimæ Familiæ Genius *notaret*, *qui* illum *ideò paucis his amicè affatur*:

Quid dubio, dilecte hoſpes! mens fluctuat æſtu?
Quid tacitè turbat pectora! fare! rogo.
Siqua tuum fortaſsè mali formido (quod abſit)
Sollicitat pectus, fare! levamen ero.
Aut ubi nutanti gravis eſt Sententia cordi,
Expediam paucis ſingula, fare! precor.

*Hìc ſuum ille ſcrupulum tantâ alloquii ſuavitate animoſior exponit:*

SI licet, effabor: placet Arbos, *Nobilis Arbos*,
*HUTTENIÆ Gentis*, *Nobile ſtemma* placet!
Germano, fateor, dedit inclyta Pignora Regno,
Pignora nota Togâ, Pignora nota Sago.
Tantos Heroas Patriæ jam ſpero Patronos;
Sed labat ancipiti ſpes mea mixta metu.
Quippe unum, tulerítne pares Gladióque Pedóque
Conſpicuos Myſtas *Gens ſacra*, ſcire juvat.
Scire juvat, quo, cùm Reſpublica juncta profanæ
Eſt ſacra, proſpiciat ſic utriusque bono.

Genius Familiæ, *modeſtè ſubridens puſillanimem remotiùs paulò ab* Arbore, *unde facilior in utramque partem aſpectus erat, abducit. Hic, ubi Ramos complures tam è recto ſtipite natos, quàm ab Hymenæo inſitos Mitris, Stolis, Pedis, Enſibus, Ducalibus Pileis, & Purpuris nitentes, varios ſcilicet* Præſules, Principes, ac Duces *partim* Huttenios, *partim proximè* Agnatos *conſpicit, quantùm diffidentiæ ſuæ verecundiâ ſuffuſus, tantùm admiratione attonitus obmuteſcit.* Eccleſia Spirenſis *verò* Arborem tot Principum, Præſulúmque Inſignibus exornatam demiratur.

Lemma: Quantos fert unica fructus?

## ODE.

NUnc docto Sociam pollice barbiton
Et feſſas repara Pierii fides
Gens electa jugi, fac mihi frigidæ
Flagrent igne novo fibræ!
HÆC STIRPS omnigenæ fertilis Infulæ
Immenſas decorum, queis viret inclyta,
Obtrudit ſegetes, quæ tumidos petunt
Soccos & facilem Lyram.
Quid nunc pomiferos garrulus occinit
Hortos Alcinous? nobilioribus
Hìc ſpectet gravidam fructibus Arborem,
Et ponat ſterilem tubam!
Felix auriferas, quam celebrat, parit
Arbor Divitias; Hæc licet unica
Omnes progenuit; Nam variis dedit
Prudentes ſoliis Duces,
Tutores Fidei, ſubſidium Focis,
Et Regnis Columen. Sed velut Hâc ſalus
Et ſummus patriæ ſplendor ab ARBORE
Prodit, ſic etiam novis
Ornatur radiis; Pallia, Pilei
Mitris, & Gladii Pontificum Pedis
Junguntur. Nitidam fructibus ARBOREM
ùt ditat Superûm favor!

*Intereà* Illuſtriſſimæ Familiæ Genius, *ut* Electoris Genii *deſiderium expleat, Paternam primò, tum & Maternam Arborem Genealogicam, utramque cum ſingulis, queis floruit florétque, Ramis præſenti Schemate exhibet, quos nominatim pluribus proſequitur.*

RAMI

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0029-0

# ARBOR GENEALOGICA PATERNA.

**FRANCISCUS CHRISTOPHOR9 L. B. ab Hutten in Stolzenberg Epiſc. Spirenſis S. R. I. Princeps &c. Natus 6. Martii 1706 Electus 14. Novemb. 1743.**

Franciſcus Ludovic9 L. B. ab Hutten in Stolzenberg, Sacræ Cæſ. Maj. nec non Celſ. Pr. Herb. Conſ. Intim. Archi-ſatrapa Gerlocuriæ 1728. Reverendiſſimi & Celſiſſimi Principis PATER.

## LINEA PATERNA PATRIS.

- Joannes L. B. ab Hutten in Stolzenberg 1690.
  - Anna Maria de Diemantſtein.
    - Anna Amalia Fuchs à Dornheim.
      - Magdalena Echter de Meſpelbrun.
        - Gertrudis ab Adolsheim.
          - Margaretha de Collenberg.
          - Joannes ab Adolsheim.
        - Petrus Echter de Meſpelbrun.
          - Cordula ab Habern.
          - Philippus Echter de Meſpelbrun.
      - Joannes Fuchs à Dornheim.
        - Eliſabetha de Grumbach.
          - Catharina Voit de Rieneck.
          - Joannes de Grumbach.
        - Valentinus Fuchs à Dornheim.
          - VValburgis de Rheinſtein.
          - Beringerus Fuchs de Dornheim.
    - Joannes Servatius de Diemantſtein
      - Catharina de Seuboldsdorff.
        - Anna à Neydeck.
          - N. de Neydeck.
        - Servatius de Seuboldsdorff.
          - N. de Seuboldsdorff.
          - Eva à Reiſchach.
      - Hieronymus de Diemantſtein.
        - Maria de Croaria.
          - Hieronymus de Croaria.
        - Joannes de Diemantſtein.
          - N. de Diemantſtein.
  - Fridericus L. B. ab Hutten in Stolzenberg. 1639.
    - Anna de Cronberg.
      - Clara de Landsberg.
        - Anna de Rathſamshauſen.
          - Margaretha ab Andlau.
          - Udalricus de Rathſamshauſen.
        - Sebaſtianus de Landsberg.
          - Beatrix ab Ehrenfels.
          - Adamus de Landsperg.
      - Philippus de Cronberg.
        - Anna de Cronberg.
          - Catharina de Bach.
          - Philippus de Cronberg.
        - Hartmannus de Cronberg.
          - Clara ab Helmſtadt.
          - Joannes de Cronberg.
    - Joannes ab Hutten in Stolzenberg. & Coda. 1617.
      - Margaretha Brendel ab Homburg.
        - Margaretha Riedeſel de Bellersh.
          - Margaretha de Carben.
          - Joannes Riedeſel de Bellersheim.
        - Fridericus Brendel ab Homburg.
          - Lucia Calb de Reinheim.
          - Fridericus Brendel ab Homburg.
      - Valentinus ab Hutten. 1569.
        - Anna Riedeſel ab Eiſenbach.
          - Margaretha de Schliz à Görtz.
          - Theodoric9 Riedeſel ab Eiſenbach.
        - Ludovicus ab Hutten. 1552.
          - Magdalena de Lichtenſtein.
          - Theodoricus ab Hutten. 1522.

## LINEA MATERNA PATRIS.

- Anna Maria ab Hagen.
  - Anna Ulner de Dippurg.
    - Anna Catharina de Groſchlag à Dippurg.
      - Urſula de Dalberg.
        - Catharina de Baſſenheim.
          - Catharina de Neſſelrod.
          - Antonius de Baſſenheim.
        - Joannes de Dalberg.
          - Anna de Fleckenſtein.
          - Fridericus de Dalberg.
      - Henricus Groſchlag de Dippurg.
        - Urſula de Bettendorff.
          - Veronica de Venningen.
          - Philippus de Bettendorff.
        - Henricus Philippus Groſchlag de Dippurg.
          - Maria de Spanheim.
          - Philippus de Groſchlag.
    - Philippus Fridericus Ulner de Dippurg.
      - Catharina de VValderdorff.
        - Anna de Schwalbach.
          - Catharina ab Heuſſenſtam.
          - Petrus de Schwalbach.
        - Fridericus Philippus de VValderdorff.
          - Margaretha ab Helmſtadt.
          - Joannes de VValderdorff.
      - Eberhardus Ulner de Dippurg.
        - Anna Maria ab Heppenheim Saal.
          - Anna de Düren
          - Antonius ab Heppenheim.
        - Philippus Ulner de Dippurg.
          - Margaretha de Dalberg.
          - Udalricus Ulner de Dippurg.
  - Joannes Adamus ab Hagen, 1655.
    - Anna Brömſer de Rüdesheim.
      - Loretha de Breidbach in Bürresheim.
        - Anna de Dalberg.
          - Eleonora de Cronberg.
          - VVolffgangus de Dalberg.
        - VVilhelmus de Breidbach in Bürresheim.
          - Catharina de Lahnſtein.
          - Adolphus de Breidbach.
      - Engelbertus Brömbſer de Rüdesheim.
        - VValburgis à Greiffenclau.
          - Anna de Büches in Staden.
          - Fridericus de Greiffenclau.
        - Henric9 Brömbſer de Rüdelsheim.
          - Apollonia ab Ingelheim.
          - Henric9 Brömbſer de Rüdesheim.
    - Philippus Daniel ab Hagen 1634.
      - Agnes Schenck de Schmidtberg
        - Eliſabetha de Schvvarzenburg.
          - Catharina de Söttern.
          - Henricus de Schvvarzenburg.
        - Nicola9 Schenck de Schmidberg.
          - Anna à Stein-Callenfels.
          - Fridetic9 Schenck de Schmidberg.
      - Joannes ab Hagen. 1569.
        - Ottilia de Kerpen.
          - Eliſabetha de VVolffenſtein.
          - Bernardus de Kerpen.
        - Nicolaus ab Hagen. 1545.
          - Philippina de Kellenbach.
          - Tillmannus ab Hagen.

LINEA PATERNA PATRIS. LINEA MATERNA PATRIS.

*Ex Maximil. Humbracht & Hattſtein.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0030-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0031-7

# RAMI
# ARBORIS GENEALOGICÆ
# LL. BB. ab HUTTEN
# IN STOLZENBERG
Sive
# S.R.E.PRÆSULES & S.R.I.PRINCIPES
Ex
Linea Paterna
Patris.

*Hos inter Primus occurrit* SIMON AB HUTTEN, ABBAS HIRSCHFELDÆ
S. R. I. PRINCEPS cum Epigraphe:

PRIMUS HUTTENIANÆ ARBORIS RAMUS,
SIMON ab HUTTEN,
E Buchoniæ Lucis
In Domo Domini
Plantatus,
Dum
Communi Electorum Suffragio,
Summo Omnium Ordinum Gaudio
ABBAS HIRSCHFELDÆ S.R.I. PRINCEPS
Creabatur
1308.
Septennio, quô Floruit,
Uberrimos Patriæ, Eccleſiæ, & Cœlo Fructus Intulit.
Tandem
Deo Jubente
E Terris in Paradiſum,
Ut æternùm floreret,
Translatus eſt
1315.

## ODE.

HUTTENIANI PRIMULE LIBANI
Sacrate Palmes! Te nec Apollinis,
Nec docta te teſtudo Phœbi
Aſſimili celebrabit auſu!
Soli ut lateres cognitus ætheri,
Ignotus orbi, tranſfuga Buchonos
Montes adîſti! at clara neſcit
Umbrifero Triviæ receſſu

Latere

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0032-2

Latere virtus, altiùs emicat
Accenſa lampas, perpetuâ ſuum
Meridiem flammâ vel ipſo
Sub modio tumulata ſpargit.
Hirsfelda tanti conſcia Pignoris,
Ut digna donis præmia redderet,
Abbatiali Te locavit
In ſolio, voluítque cunctis
Præeſſe Terris. Quo reliquis dedit
Exempla Regnis, quod GLADII, PEDA,
MITRÆ, SACERDOTUMQUE VITTÆ
HUTTENIOS deceant NEPOTES.
In hoc Honoris Culmine fulſeras
Cano Cygnæus Vertice PONTIFEX
PRIMUS SIMON MAGNUS SACERDOS,
ET PATRIÆ, FIDEIQUE CUSTOS.
Legenda Myſtis facta ſequentibus,
Partámque magno fœnore fructuum
Meſſem diſertis Fama buccis,
Æra ſono, memoríque mutæ
Rupes loquuntur voce, Adamantino
Templis & Aris DIVUS HONOR ſtylo
Inſcripſit, eradétque nunquam,
Quo lapides cavat, ungue tempus.

## RAMUS SECUNDUS.

# MAURITIUS ab HUTTEN,

QUEM
HERBIPOLIS PRÆPOSITUM,
EYCHSTADIUM PRÆSULEM & PRINCIPEM
Habuit & Unanimi Pietate Coluit,
In Hoc
Amicâ lite diſſidens,
Utra ILLI plus debeat,
An
EYCHSTADIUM PRINCIPI & PRÆSULI,
An
PRÆPOSITO HERBIPOLIS.
Ferendam de Cauſa Sententiam
In perennaturo Marmore reliquit (a)
Poſterior
1540.

ODE

(a) *Marmoreum Monumentum in Eccleſiâ Cathedrali Herbipolitana* Reverendiſſimo & Celſiſſimo S. R. I. Principi, Epiſcopo *Eychſtad*, *&* *Cathedr. Eccleſ. Herbip. Præpoſito, poſitum hodiedum cernitur ad Portam Orientalem.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0033-8

# ODE.

UT Serenatum radii ſequuntur
Luminis Patrem, velut umbra Corpus,
Sic Tui pulchros animi decores
Gratia ſtipat.
Namque tot celſis VENERANDE PRÆSUL
Corporis polles, animíque donis,
Ut, ſuo quisquis modulanda plectro
Suſcipit, audax
Tiphys infirmâ meditetur alno
Spumeos ponti ſuperare montes,
Et procelloſas peragrare nullo
Remige ſcyllas;
Quisquis econtrà ſtudet æmulari
Icarus, factis ope Dædaleâ
Nititur pennis vitreo daturus
Nomina ponto.
Inter has dotes, velut inter ignes
Luna palantes, ſibi Jure palmam
Vendicat Virtus, generoſa magnæ
Hoſpita mentis.
Franconum latè Pharos iſta terris
Fulgidum ſparſit ſine nube lumen,
Dum Tuâ TEMPLUM CATHEDRALE Curâ
Pluribus annis,
In Decanali Solio regebas;
Aureatenſes procul inde pôſtos
Limites ultra meliore pinxit
Luce penates.
Hic Pedo Paſtor ſimul, atque Princeps
Junxeras Enſem, viduóſque faſces,
Ut dares ſanctas populis, utroque
Judice, Leges.
Stelleo notum ſuper aſtra Nomen
Fama deſcripſit calamo, memórque
Iſter æternis Tua prædicabit
Facta Cothurnis.

## RAMUS TERTIUS.

# CHRISTOPHORUS FRANCISCUS

D. G. EPISCOPUS HERBIPOLENSIS, S. R. I. PRINCEPS,
FRANCIÆ ORIENTALIS DUX &c. &c.
Electus 1724.

# ODE.

PROLES OLYMPI, SEMIDEUM GENUS
FRANCISCE, Sacros hìc liceat mihi
Turbare Manes, poſthumæque
Sculpta Cedro monumenta Famæ,

F (Quæ

(Quæ Doctiori plus vice ſimplici
Artaunianæ Phocidos Incola
Apollo laudavit Camœnâ)
Indocili meminiſſe nervo!
Vix arcuato Franconiæ Ducem
Ferro PHILIPPUM Morſpiter abſtulit,
Te, Te Sacerdotem Ducémque
Franconiæ, Populi, Deíque
Vox evocabat; Te ſibi cernuo
EPISCOPATUS poplite PRÆSULEM,
DUCEM DUCATUS, Patriæque
Sponte PATREM petiêre ſedes.
Sic WURCEBURGUM depoſitis Patrum
Votis, Ducali Tempora Pileo,
Et Infulâ candente pectus,
Atque humeros ovium pruinâ
(Quâ ſola Virgo Francona promicat
Inter ſorores) cinxit, adoream
Palmæ, Pedóque Principalem
Connubio pretioſiori
Enſem maritans Patria, Filiam
Se, Te fidelem faſſa fuit Patrem.
Sic aſtra penſârunt flagrantis
Eximios pietatis ignes,
Sic turbulentis functa periculis
Vindemiatrix colligit aureos
Virtus racemos, ſic honoris
Jure metunt ſegetem labores!

*Subinde* Religio *in* CHRISTOPHORUM FRANCISCUM *ingratam ſe fore rata, ſi tam paucis, quæ quidem ſibi placere oſtendit, de ejusdem pietate Encomiis acquieſceret, eas, quas memori pridem marmori, Mauſolæo inciderat, Virtutes ad majorem* Arboris Genealogicæ *prærogativam denuo proponit.*

# ODE.

Quid Martis generoſa Parens Regináque Mundi
Urbs Roma jactas æneos,
Herculeósque Viros,
Queis ſicut fulcris ſingula ſtare putas?
Fallere! nec vaſtos collectis viribus Atlas
Sat fulcit Orbis fornices,
Sidereósque globos,
Quin hæc fortunæ ſphæra rotantis agat.
Sublimem Rhodii proſternit acinace Victor;
Syrus Coloſſi Verticem;
Perſia firma diu
Argolico tandem fracta ſub enſe cadit.
Viva licet vivis ſepelit ſors regna ſepulchris,
Ni ſola virtus ætheris
Progeniésque Jovis
Immotos fabricet, ſubjiciátque tholos.
Hæc Terræ fulcrum eſt, hæc ſola tuetur Amazon
Urbes ab hoſtis impetu;
Hæc Boreæ furias,
Hæc rabidi avertit tela triſulca Poli.

Hinc

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0035-9

Hinc Victrix ſteteras excelſo Vertice FRANCIS
Hoſtilis horror agminis,
Imperiíque Baſis,
Dum Tua CHRISTOPHORO Sceptra Pedúmque dabas.
Nam quantus Virtute Gigas? quàm Clarus olympo
Pro Laude Summi Numinis
Salvificáque fide
Heros? vix tulerant ſæcla, feréntque parem.
Accenſum, flammis velut Ara, Tonantis amore
Pectus flagrabat; quin ſacras
Sparſit, ùt alta ſuo
Neſcia concludi limite flamma, faces.
Subjectos Princeps non Majeſtate regebat,
Sed Comitate; fulgura,
Queis ferit æqua Themis,
Semper miſcebat gratia, dulce jubar.
Hæc Charis artifici cudebat vincula dextrâ,
Non indecoras compedes,
Queis pia Franconidum
CHRISTOPHORO ſimilis Corda ligavit amor.
Ut docto (ſi vera licet componere fictis)
Divinus Orpheus pollice
Dulcisonâque Lyrâ,
Quò voluit, flexit flumina, ſaxa, feras;
Sic ſummos, ſic noto animi Candore popellum
(Qui ſæpe diſpar dulcia
Fræna pati renuit)
Ad nutus ſuavi moverat arte ſuos.
Nec minor hâc fuerat Mitrati maxima Myſtæ
Dos, Fortitudo, quam malè
In ſolido veteres
Heroum faſti robore ſtare putant;
Non etenim fortes, ſævi quibus arma Cyclopes
Cudêre, ſed quos fulmina
Inter & ignivomos
Imbres, infractus pectoris umbo probat.
Talem in CHRISTOPHORO *Duce*, *Principe*, *Præſule* quondam
Attonita vidit Francia,
Quem neque motus humi,
Nec turbo, nec atrox terruit ira Jovis.
Incubuit duplex humeris, velut Herculis olim
Moles lacertis, Curia
Sacra, profana, duplex
Fortior Herculeo robore geſſit onus.
Sæpè repentinis Eccliſin paſſa ſub umbris
Cum purpurato Conjuge
Luna bicornis erat,
Cimmeriâ crebrò nocte ſepulta Comes;
Solus CHRISTOPHORUS Lunâ, magnóque Polarcho
Lucidior atras perpeti
Neſciit ore notas;
Nunquam nigranti lumina tecta peplo.

Nec

Nec tamen hoc veri genuinæ ſufficit unum
Integritati Præſulis,
Mirificâque ſimul
Vi Magnes ſecum ſubdita Corda trahit.
Exemplis Orator erat, queis fortiùs, ipsâ
Quàm voce Cives traxerat.
Nunc imitare tuum
Semper calce pari Francona Virgo Ducem.

*Dum* Religio CHRISTOPHORUM, Zeloſum & Pium Præſulem, *decantârat, &* Sacra Themis, *quam in tribunalibus experta eſt, non laudandæ ſatis ſcientiæ, ſapientiæ, & Juſtitiæ memoriam omnium in animis refricare aggreditur.*

# ODE.

GEns Cæca Vatum! quid ſapientiam
Ex erudito progenitam putas
Jovis Cerebro, quæ ſupremi,
Æthereis genus omne terris
Debet, Tonantis Filia, ſeu Deo
Agnata proles? quosque ſuis beat
Benigna donis, hos vel ipſis
Aſtricolis facit altiores.
Hâc Doctiorum Præſes Amazonum
Apollo, Doctæ nobile Græciæ,
Sidus Solon, Phœbúſque ſedem
In ſuperis meruêre regnis.
Quos Major inter CHRISTOPHORUS ſuo
Gaudet trophæo, Cûi Sapientiam,
Ceu principem natura dotem,
A teneris ſuper effluente
Largita Cornu eſt, namque ſacratior
Apollo noſtri temporis, optimis
Sacrum Tribunal, Curiáſque
Conſiliis, variáſque Regum
Implevit Aulas. Non Mogonus ſemel
(Urgente Fato) Jupiter æmulum
Hunc conſulebat ipſe Phæbum,
Quæque ſacro dedit ore ſenſa,
Oracla ſenſit, ſubdita providum
Experta Francis Neſtora, dum graves
Cauſas, & intortos diremit
Judicio ſapiente nodos.
Hûic æquitatem (ſemper enim ſoror
Sorore gaudet) ceu gladium togæ
Conjunxit, æquales ut æquâ
Lance ſuâ malè diſſidentum
Librare lites, Crimina plectere,
Et innocentes nequitiæ manu,
Irâque poſſet vendicare,
Ne rabido caderent furori.
Quis eloquentum divite cœteras
Dotes adumbret Carmine? Curiæ
Aulæque nôrunt Principales,
Franconici meminêre faſti.

Feſſam

*Feſſam in innumeris* CHRISTOPHORI FRANCISCI *g. m. Laudibus* ſacram Themidem *advertens* Flora *Epitaphium* , *quod Ipſemet* CHRISTOPHORUS FRANCISCUS *diebus octo ante obitum in Collegium S. I. transmiſit* , *poſt Ejus verò mortem paucis immutatis ad poſterorum memoriam Lapidi inciſum eſt* , *Nobiliſſimo huic Arboris Genealogicæ Ramo à Muſis Franconicis aureo ſtylo inſcriptum* , *exhibet* , *ut Cuivis appareat* , *quid Magiſtrâ Humilitate Chriſtianâ Tantus* Præſul *&* Princeps *de ſe* , *quid de Tanto* Præſule *&* Principe *Patria ſenſerit*, *tum ut uno obtutu brevíque Compendio ſingulas illius Virtutes & Merita ob oculos ponat.*

STA VIATOR ET VIDE!

# CHRISTOPHORUS FRANCISCUS

S. R. I. PRINCEPS,
Epiſcopus Herbipolenſis,
Franciæ Orientalis
Dux,
Vermis, & non Homo in Vitâ,
Nunc Pulvis & Cinis eſt in Morte.
Patrem in Terris habuit
JOANNEM ab HUTTEN IN STOLZENBERG,
Matrem
ANNAM MARIAM ab HAGEN.
Ab His
Cum vita & ſanguine
Amorem Virtutum hauſerat.
Voce
Dei & Populi
In
Epiſcopum Herbipolenſem
Electus
Anno M. D CC. XXIV. Die II. Octobris,
Cum præfuiſſet Eccleſiæ Herbipolenſi
Annis IV. Menſibus V. Diebus XXIII.
Anno ætatis ſuæ LVI.
Dignus integra complere ſæcula,
Si Judicia hominum ſpectes;
Si Ejus Virtutes & Merita,
Maturus Jam pridem Cœlo.
VIATOR
ORA PRO MORTUO.

*Huic Epitaphio* Flora *idem*, *quod olim Muſæ Franconicæ accinuerunt*, *ſubſcribit*

## EPIGRAMMA:

Majores FRANCISCE! Gregis Rerúmque Sacrarum
Cura Deo ſimiles, fecerat eſſe Deos;
His Decus æternæ Virtutis fata dedêre;
Quid meritis poterunt par dare fata Tuis?
Æmula Te Virtus, & Rerum Cura Sacrarum
In Cœlis ſimilem Te facit eſſe Deo.

# RAMI

## COMPLURES ALII SIMILI FERE FRONDESCENTES ORNATU ET FLORE

è

Recto Stipite,

Etſi non ipsâ Dignitate

S. R. E. Præſules & S. R. I. Principes,

VIRI

Certè

Ob Virtutes, & de utraque Republica Merita

Præſulum Pedo & Principum Solio

DIGNISSIMI,

Variarum Eccleſiarum

Imperialis Bambergenſis, Cathedralis Herbipolenſis, Cathedralis Eichſtadienſis, Principalis Fuldenſis & Equeſtris Comburgenſis (a)

CAPITULARES;

Quos inter

WOLFFGANGUS THEODORICUS

CATHEDRALIS HERBIPOLENSIS

DECANUS

Eminuit,

Dignitate Superior, non Virtute,

Quâ omnes ſibi pares, videlicet ſummi erant.

(a) Hyppolitus ab Hutten, Eccleſ. Cathedral. Herbipol. & Eichſtad. Can. Capit. Eccleſiæ Collegiatæ in Novo Monaſterio Herbipoli Præpoſitus 1542.

Adrianus ab Hutten, Imperialis Eccleſ. Bambergenſis & ad S. Burcard. Herbip. Canon. Capitular.

Wolffgangus Theodoricus ab Hutten, Eccleſ. Cath. Herbip. Decanus & Eychſtad. Canon. Capitul.

Joannes ab Hutten, Principalis Eccleſiæ Fuldenſis Capitularis.

Franciſcus Ludovicus ab Hutten, Eccleſ. Cathedr. Herbipol. & Equeſtris Comburgenſis Canon. Capitul.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0039-5

Petrus Philippus ab Hutten, Eccleſ. Cathedr. Herbip. Equeſtris Comburgenſis Canon. Capitular. Scholaſtic. & reſpectivè Cellarius, Eccleſiæ Collegiatæ in novo Monaſterio & in Weſterswinckel Præpoſitus & Conſiliar. Intimus Herbipoli &c.

Bonifacius ab Hutten, Eccleſ. Fuld. Capitular. Præpoſitus in Monte S. Petri.

Wilhelmus Antonius ab Hutten, Eccleſ. Metropol. Mogunt. & Cathedral. Herbip. Canonic. Capitul.

Adalbertus Philippus ab Hutten, Imp. Eccleſ. Bamberg. & Equeſtris Comburg. Canon.

*Plures ab utroque* HUTTENIANÆ ARBORIS GENEALOGICÆ *latere conſpiciebantur Propagines per Hymenæum partim propiùs conjunctæ, partim inſitæ, quas, cum par inde, atque à propriis Ramis, Decus avitis Nobilium Stirpibus accreſcat,* ILLUSTRISSIMÆ ILLIUS FAMILIÆ GENIUS *hâc per ſingula ſæcula Epitome refert :*

PROPAGINES
Cum
# HUTTENIANA
# ARBORE GENEALOGICA
Per
Hymenæum
Partim propiùs conjunctæ, partim inſitæ,
ſive
## S. R. E. PRÆSULES
&
## S. R. I. PRINCIPES
## GLORIOSÆ STIRPI
## LL. BB. ab HUTTEN
In
## STOLZENBERG
è
Variis Perilluſtribus Germaniæ Familiis
Per proximas octo Generationes
Agnati.

Ex
Linea Paterna

# FRANCISCI LUDOVICI L. B. ab HUTTEN In STOLZENBERG

Sac. Cæſ. Maj. & Celſiſ. Princ. Herbip. Conſil. Intim. &c.

Patris

*Reverendiſſimi ac Celſiſſimi Principis Noſtri*

*AGNATÆ PERILLUSTRES FAMILIÆ.*

Adolsheim. Andlau. Bach. Brendel ab Homburg. Calb de Reinheim. Carben. Collenberg. Croaria. Cronberg. Diemantſtein. Echter de Meſpelbrun. Ehrenfels. Fuchs de Dornheim. Grumbach. Habern. Hagen. Helmſtad. Landsperg. Lichtenſtein. Neydeck. Rathſamshauſen. Rheinſtein. Reischach. Riedeſel de Bellersheim. Riedeſel ab Eiſenbach. Schliz de Görtz. Seubolsdorff. Voit à Rieneck.

EX HIS

## S. R. E. Præſules & S. R. I. Principes

### Sæculo XII.

Anno
1103. Conradus de Rheinſtein, Epiſc. Herbip. S.R.I. Princeps, Franconiæ Dux.
1140. Bertochus à Schliz de Görtz, Abbas Fuld. S. R. I. Princeps.
1174. Egino ab Ehrenfels, Epiſcop. Curienſ. S.R.I. Princeps.
1183. Bruno ab Ehrenfels, Epiſcop. Curienſ. S.R.I. Princeps.
1194. Henricus de Cronberg, Abbas Fuldenſ. S.R.I. Princeps.

### Sæculo XIII.

1266. Eringus de Rheinſtein, Epiſcop. Herbipolen. S.R.I. Princeps, Franc. Dux.

Sæcul.

## Sæculo XIV.

1303. Erwinus de Cronberg, Epiſc. Worm. S. R. I. Princeps.
1322. Philippus de Rathſamshauſen, Epiſ. Eyſtad. S. R. I. Princeps.
1333. Wolfframus de Grumbach, Epiſc. Herbipol. S. R. I. Princ. Franc. Dux.

## Sæculo XV.

1410. Georgius de Liechtenſtein, Epiſcopus Tridentin. S.R.I. Princeps.
1421. Woſthardus ab Ehrenfels, Epiſcop. Levant. S.R.I. Princeps.
1439. Rabanus ab Helmſtad, Archi-Epiſc. Trev. Epiſc. Spir. S.R.I. Princ. Elector.
1456. Reinhardus ab Helmſtad, Epiſcop. Spirenſ. S.R.I. Princeps.
1466. Joannes de Grumbach, Epiſcop. Herbip. S. R. I. Princ. Franc. Dux.
1477. Hermannus de Landsperg, Epiſcop. Conſtantienſ. S.R.I. Princeps.
1491. Ludovicus ab Helmſtad, Epiſcopus Spirenſ. S. R. I. Princeps.
1493. Volpertus à Riedeſel de Bellersheim, Abb. Hirsfeld. S. R. I. Princeps.

## Sæculo XVI.

1503. Bertholdus de Landsperg, Epiſc. Verdenſ. & Hildeſ. S. R. I. Princeps.
1504. Ludovicus ab Helmſtad, Epiſc. Spir. S. R. I. Princeps.
1514. Georgius à Neydeck, Epiſc. Trident. S.R.I. Princeps.
1543. Waltherus de Cronberg, Supr. Ord. Teuton. Mag. S. R. I. Princeps.
1556. Joannes Ludovicus ab Hagen, Archi-Epiſc. Trevir. S. R. I. Princ. Elector.
1582. Daniel Brendel ab Homburg, Archi-Epiſc. Mogunt. S. R. I. Princ. Elector.
1598. Philippus de Riedeſel ab Eiſenbach, Ord. S. Joann. Hieroſol. Mag. in Haytersheim. S. R. I. Princeps.

## Sæculo XVII.

1617. Julius Echter de Meſpelbrun, Epiſc. Herbipol. S.R.I. Princ. Franc. Dux.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0042-8
DFG

1618. Stephanus de Seuboldsdorff, Epiſc. Friſing. S.R.I. Princeps.

1626. Joannes Suicardus de Cronberg, Archi-Epiſ. Mog. S.R.I. Princ. Elector.

1642. Joannes Georgius Fuchs de Dornheim, Epiſcopus Bamb. S.R.I. Princeps.

1672. Philippus Valentinus Voit à Rieneck, Epiſc. Bamb. S.R.I. Princeps.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| S.R.E. | Archi-Epiſcopi | 4. | S.R.I. | Electores | 4. |
| | Epiſcopi | 23. | | Duces | 5. |
| | Magiſtri Ord. Equeſtr. | 2. | | Principes | 32. |
| | Abbates | 3. | | | |

Ex

Linea Materna,

# FRANCISCI LUDOVICI L. B. ab HUTTEN

Patris

*Reverendiſſimi ac Celſiſſimi Principis Noſtri*

## *PERILLUSTRES FAMILIÆ AGNATÆ.*

Bettendorff. Breidenbach à Bürresheim. Brömſer de Rüdesheim .Buches de Staden. Cronberg. Dalberg. Düren. Fleckenſtein. Greiffenclau. Groſchlag de Dippurg. Hagen. Helmſtad. Heppenheim à Saal. Heuſenſtamm. Ingelheim. Kellenbach. Kerpen. Lanſtein. Neſſelrod. Schenck à Schmidberg. Schwalbach. Schwartzenburg. Söttern. Spanheim. SteinCallenfels. Venningen. Ulner de Dippurg. Walpot de Baſſenheim. Walderdorff. Wolffenſtein.

EX HIS

## S. R. E. Præſules & S. R. I. Principes

### Sæculo XI.

Anno

1021. S. Heribertus Camerar. de Wormat. à Dalberg, Archi-Epiſc. Colonienſ. S.R.I. Princeps Elector.

### Sæculo XII.

1200. Henricus Walpot à Baſſenheim, Suprem. & Primus Ord. Teut. Mag. S.R.I. Princeps.

### Sæculo XIII.

1207. Otto de Kerpen, Sup. Ord. Teut. Mag. S.R.I. Princeps.

1216. Henricus de Cronberg, Abbas Fuld. S.R.I. Princeps.

## Sæculo XIV.

1303. Erwinus de Cronberg, Epiſc. Wormatienſ. S. R. I. Princeps.

## Sæculo XV.

1403. Gerardus de Schwarzenburg, Epiſc. Herbip. S. R. I. Princ. Francon. Dux.

1404. Guntherus de Schwarzenburg, Archi-Epiſ. Magdeb. S. R. I. Princeps.

1426. Joannes de Flekenſtein, Epiſc. VVormatienſ. S. R. I. Princeps.

1430. Otto ab Helmſtad, Archi-Epiſc. Trev. S. R. I. Princ. Elector.

1436. Joannes de Fleckenſtein, Epiſc. Baſil. S. R. I. Princeps.

1439. Rabanus ab Helmſtad, Archi-Epiſc. Trev. Ep. Spir. S. R. I. Princ. Elector.

1456. Reinhardus ab Helmſtad, Epiſc. Spir. S. R. I. Princeps.

1459. Sigefridus de Venningen, Epiſc. Spir. S. R. I. Princeps.

1478. Joannes de Venningen, Epiſc. Baſil. S. R. I. Princeps.

1483. Rudolphus Brömſer de Rüdesheim, Epiſc. Levant. & Vratislav. S.R.I. Princeps.

1491. Ludovicus ab Helmſtad, Epiſc. Spir, S.R.I. Princeps.

1497. Henricus de Schwarzenburg, Archi-Epiſc. Brem. Epiſc. Monaſt. S. R. I. Princeps.

## Sæculo XVI.

1503. Joannes de Dalberg, Epiſc. VVormat. S. R. I. Princeps.

1531. Richardus de Greiffenclau, Archi-Epiſc. Trev. S. R. I. Princ. Elector.

1543. Waltherus de Cronberg, Suprem. Ord. Teut. Mag. S. R. I. Princeps.

1555. Sebaſtianus ab Heuſenſtamm, Archi-Epiſc. Mog. S. R. I. Princ. Elector.

1556. Joannes Ludovicus ab Hagen, Archi-Epiſc. Trevir. S. R. I. Princ. Elector.

1580. Theodoricus de Bettendorff, Epiſc. VVormat. S.R.I. Princeps.

Sæculo

## Sæculo XVII.

1601. Wolffgangus de Dalberg, Archi-Epiſcop. Mog. S.R.I. Princ. Elector.

1606. Joannes Fridericus de Schwalbach, Abb. Fuld. S. R. I. Princeps.

1623. Philippus Chriſtophorus de Söttern, Archi-Epiſc. Trev. Epiſc. Spir. S. R. I. Princ. Elector.

1626. Joannes Suicardus à Cronberg, Archi-Epiſc. Mog. S. R. I. Princ. Elector.

1629. Georgius Fridericus de Greiffenclau, Archi-Epiſcop. Mog. Epiſc. Wormat. S. R. I. Princ. Elector.

1680. Wildericus de Walderdorff, Epiſcopus Vienn. S. R. I. Princeps.

1681. Franciſcus Emmericus de Baſſenheim, Epiſc. VVorm. S. R. I. Princeps.

1695. Anſelmus Franciſcus ab Ingelheim, Archi-Ep. Mog. S. R. I. Princ. Elector.

## Sæculo XVIII.

1719. Joannes Philippus de Greiffenclau, Epiſc. Herbipol. S. R. I. Princ. Franc. Dux.

1728. Philippus Wilhelmus de Neſſelrod, Ord. S. Joann. Hieroſ. Mag. in Haytersheim S. R. I. Princeps.

1737. Adolphus de Dalberg, Abbas Fuldenſ. S. R. I. Princeps.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| S. R. E. | Archi-Epiſcopi | 13. | S. R. I. | Electores | 11. |
| | Epiſcopi | 14. | | Duces | 2. |
| | Magiſtri Ord. Eque. | 4. | | Principes | 34. |
| | Abbates. | 3. | | | |

*Eximios* Arboris Genealogicæ FRANCIS. LUDOVICI L.B. ab HUTTEN In STOLZENBERG &c. PATRIS REVERENDISSIMI ac CELSISSIMI PRINCIPIS NOSTRI, Præſules & Principes *ubi cum ſtupore perluſtrârant Advenæ*, Illuſtriſſimæ Ejuſdem Familiæ Genius, *alteram Arborem Genealogicam LL. BB. de Bicken, Quæ Reverendiſſimo ac Celſiſſimo* PRINCIPI NOSTRO MATREM *dedit* JOANNAM JULIANAM L. B. de BICKEN, *in majus gloriæ ſuæ argumentum præſentium oculis ſubjicit, annexo brevi tam* Bickenianorum, *quàm* Agnatorum Præſulum & Principum *Catalogo.*

**
*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0045-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0046-0

# LINEA PATERNA MATRIS.

Catharina de Söttern. / Henricus de Schvvarzenburg. } Eliſabetha de Schwarzenburg.
Anna de Steincallenfels. / Frideric⁹ Schenck de Schmidberg. } Nicol. Schenck de Schmidberg.
} Catharina Schenck de Schmidtberg.

Margaretha de Buſeck. / Joannes de Wolffenſtein. } Eliſabetha de Wolffenſtein.
Joannetta Bayer de Boppart. / Jacobus de Kerpen. } Bernardus de Kerpen.
} Henricus de Kerpen.
} Urſula de Kerpen.

Eliſabetha de Dehren. / Marſilius de Reifſenberg. } Magdalena de Reiffenberg.
Apollonia de Mezenhauſen. / Engelbertus de Stein à Naſſau. } Theodoricus de Stein.
} Viola de Stein ad Lohnam.

Barbara de Waldeck. / Philippus de Wolffskeel. } Dorothea de Wolffskeel.
Catharina de Baſſenheim. / Joannes ab Eltz 1450. } Joannes ab Eltz.
} Chriſtophorus ab Eltz 1594.
} Caſparus ab Eltz, 1619.
} Anna Eliſabetha ab Eltz.

Magdalena de Collenberg. / Hermannus de Carben. } Margaretha de Carben.
Margaretha de Hohenberg. / Eberhard⁹ Riedeſel de Bellersheim. } Henricus Riedeſel de Bellersheim.
} Margaretha Riedeſel de Bellersheim.

Anna de Venningen. / Bernardus Calb de Rheinheim. } Lucia Calb de Rheinheim.
Cunigunda de Lindenfels. / Fridericus Brendel ab Homburg. } Fridericus Brendel ab Homburg.
} Fridericus Brendel ab Homburg.
} Anna Brendel ab Homburg.

N. de Gimnich. / N. ab Effern. } Eliſabetha ab Effern.
Anna de Lüzenrod. / Joannes de Mudersbach. } Joannes de Mudersbach.
} Regina de Mudersbach.

N. de Kozerode. / N. de Widerſtein. } Eliſabetha de Widerſtein.
Eliſabetha ab Helffenſtein. / Conradus de Bicken. 1494. } Philippus de Bicken 1518.
} Philippus de Bicken. 1548
} Philippus de Bicken 1590.
} Jodocus Philipp⁹ L. B. de Bicken 1636.

} Philippus Caſparus L. B. de Bicken Dominus in Hain, Eminent. Elect. Mog. Conſil. Int. & Vice-Dom. Eichsf. 1688.

FRANCISCUS CHRISTOPHOR⁹ L. B. ab Hutten in Stolzenberg Epiſc. Spirenſis S. R. I. Princeps &c. Natus 6. Martii 1706. Electus 14. Novemb. 1743.

Joanna Juliana L. B. de Bicken. Reverendiſſimi & Celſiſſimi Principis MATER.

# LINEA MATERNA MATRIS.

Catharina Schenck de Schmidberg. { Eliſabetha de Schwarzenburg. / Nicola⁹ Schenck de Schmidberg.
Henricus de Kerpen. { Eliſabetha de Wolffenſtein. / Bernardus de Kerpen.
Apollonia de Kerpen. {

Eva de Söttern. { Franciſca ab Orley. / Adamus de Söttern.
Georgius de Fels { Anna Maria de Püttlingen. / Arnoldus de Fels.
Paulus de Fels. {
Catharina de Fels. {

Margaretha de Mudersbach. { Eliſabetha ab Effern. / Henricus de Mudersbach.
Georgius de Schönborn. { Anna Weyer de Nickenich. / Joannes de Schönborn.
Eva de Schönborn {

Anna ab Eltz. { Dorothea de Wolffskeel. / Joannes ab Eltz.
Philippus de Dehren. { Anna de Lindau. / Joannes de Dehren.
Georgius de Dehren. 1605. {
Philippus Wilhelmus de Dehren, 1625. {
Joanna Eliſabetha L. B. de Dehren. {

Maria de Mudersbach. { Eva de Cronberg. / Wolffgangus de Mudersbach.
Cuno de Reiffenberg. { Philippina de Kellenbach. / Cuno de Reiffenberg.
Apollonia de Reiffenberg. {

Anna de Schönenburg. { Anna de Dalberg. / Theodoricus de Schönenburg.
Richardus de Greiffenclau. { Anna de Buches in Staden. / Fridericus de Greiffenclau.
Theodoricus de Greiffenclau. 1614. {
Magdalena de Greiffenclau. {

Anna ab Eltz. { Dorothea de Wolffskeel. / Joannes ab Eltz.
Philippus de Dehren. { Anna de Lindau. / Joannes de Dehren.
Dorothea de Dehren. {

Eva de Dietz. { Eva de Rumrod. / Theodoricus de Dietz.
Philippus de Walderdorff. 1556. { Eliſabetha Brendel ab Homburg. / Wildericus de Walderdorff 1563.
Wilhelmus de Walderdorff. {
Joannes Petrus de Walderdorff. {
Georgius Fridericus L. B. de Walderdorff. {

Maria Magdalena L. B. de Walderdorff. {

# ARBOR GENEALOGICA MATERNA.

LINEA PATERNA MATRIS. LINEA MATERNA MATRIS.

*Ex Maximil. Humbracht & Hattſtein.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0047-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0048-1

# Ex
# Linea Paterna
# JOANNÆ JULIANÆ
# L. B. de BICKEN,
## Matris
*Reverendiſſimi ac Celſiſſimi Principis Noſtri*
*AGNATÆ PERILLUSTRES FAMILIÆ.*

Baſſenheim. Bayer de Boppart. Brendel ab Homburg. Buſeck. Calb de Reinheim. Carben. Collenberg. Dehren. Effern. Eltz. Gimnich. Helffenſtein. Hohenberg. Kerpen. Kozerode. Lindenfels. Lüzenrod. Mezenhauſen. Mudersbach. Reiffenberg. Riedeſel à Bellersheim. Schenck à Schmidberg. Schwarzenburg. Söttern. Stein ad Lohnam. Stein à Naſſau. Stein Callenfels. Venningen. VValdeck ab Uben. VValderdorff. VViderſtein. VVolffenſtein. VVolffskeel.

EX HIS

## S.R.E. Præſules, & S.R.I. Principes.

### Sæculo XII.

Anno

1200. Henricus de Baſſenheim, Suprem. & Primus Ord. Teut. Mag. S.R.I. Princeps.

### Sæculo XIII.

1207. Otto de Kerpen, Supr. Ordin. Teuton. Mag. S.R.I. Princeps.

1233. Bertholdus ab Helffenſtein, Epiſc. Curienſ. S.R.I. Princeps.

### Sæculo XIV.

1307. Degenhardus ab Helffenſtein, Epiſc. Auguſt. S.R.I. Princeps.

1345. Otto de Wolffskeel, Epiſc. Herbip. S.R.I. Princ. Franc. Dux.

1349. Salomannus de Baſſenheim, Epiſc. Wormat. S.R.I. Princeps.

1353. Henricus ab Hohenberg, Abbas Fuld. S.R.I. Princeps.

1366. Henricus Bayer de Boppart, Epiſc. Worm. & Metenſ. S.R.I. Princeps.

1395. Sigefridus de Venningen, Supr. Ord. Teut. Mag. S.R.I. Princeps.

## Sæculo XV.

1403. Gerardus de Schwarzenburg, Epiſcop. Herbipol. S.R.I. Princ. Franc. Dux.

1408. Guntherus de Schwarzenburg, Archi-Ep. Magdeb. S.R.I. Princeps.

1448. Jodocus de Venningen, Suprem. Ord. Teut. Mag. S.R.I. Princeps.

1459. Conradus Bayer de Boppart, Epiſc. Metenſ. S.R.I. Princeps.

1459. Sigefridus de Venningen, Epiſc. Spir. S.R.I. Princeps.

1478. Joannes de Venningen, Epiſc. Baſil. S.R.I. Princeps.

1493. Volpertus Riedeſel de Bellersheim, Abbas Hirsfeld. S.R.I. Princeps.

1497. Henricus de Schwarzenburg, Archi-Epiſc. Brem. Episc. Monaſt. S.R.I. Princeps.

## Sæculo XVI.

1540. Joannes de Mezenhauſen, Archi-Epi. Trev. S.R.I. Princ. Elector.

1581. Jacobus ab Eltz, Archi-Epiſc. Trevir. S.R.I. Princ. Elector.

1582. Daniel Brendel ab Homburg, Archi-Epiſc. Mog. S.R.I. Prin. Elector.

## Sæculo XVII.

1604. Joannes Adamus de Bicken, Archi-Epiſc. Mog. S.R.I. Princ. Elector.

1616. Wilhelmus ab Effern, Epiſcop. Wormat. S.R.I. Princeps.

1652. Philippus Chriſtophorus de Söttern, Archi-Epiſc. Trev. Epiſc. Spirenſis, S.R.I. Princeps Elector.

1680. Wildericus de Walderdorff, Epiſcop. Vienn. S.R.I. Princeps.

1683. Franciſcus Emmericus de Baſſenheim, Ep. Worm. S.R.I. Princeps.

## Sæculo XVIII.

1732. Philippus Carolus ab Eltz, Archi-Epiſcop. Mog. S.R.I. Princ. Elector.

1737.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0050-2

1737. Amandus de Buſeck, Abbas Fuldenſ. S.R.I. Princeps.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| S. R. E. | Archi-Epiſcopi | 8. | S. R. I. | Electores | 6. |
| | Epiſcopi | 15. | | Duces | 2. |
| | Magiſtri Ord. Eque. | 4. | | Principes | 30. |
| | Abbates. | 3. | | | |

Ex

Linea Materna

# JOANNÆ JULIANÆ L. B. de BICKEN,

Matris

*Reverendiſſimi ac Celſiſſimi Principis Noſtri*

*AGNATÆ PERILLUSTRES FAMILIÆ.*

Brendel ab Homburg. Buches de Staden. Cronberg. Dalberg. Dehren. Dietz. Eltz. Effern. Fels. Greiffenclau. Kellenbach. Kerpen. Lindau. Muderſtad. Orley. Püttlingen. Reiffenberg. Rumrod. Schenck de Schmidberg. Schönborn. Schönenburg. Schwarzenburg. Söttern. Walderdorff. VVeyer in Niekenich. VVolffenſtein. VVolffskeel.

EX HIS

## S.R.E. Præſules & S.R.I. Principes

Sæculo XI.

Anno

1021. S. Heribertus de Dalberg, Archi-Ep. Colon. S.R.I. Princ. Elector.

Sæculo XIII.

1206. Otto de Kerpen, Supr. Ord. Teut. Magiſt. S. R. I. Princeps.

1216. Henricus à Cronberg, Abb. Fuld. S.R.I. Princeps.

Sæculo XIV.

1303. Erwinus de Cronberg, Epiſc. VVormatienſ. S.R.I. Princeps.

1325. Henricus de Rumrod, Abbas Hirsfeld. S.R.I. Princeps.

1345. Otto de Wolffskeel, Epiſcop. Herbip. S.R.I. Princeps, Franc. Dux.

1395.

1 3 9 5. Fridericus de Rumrod, Abb. Fuld. S.R.I. Princeps.

## Sæculo XV.

1 4 0 3. Gerardus de Schwarzenburg, Epiſc. Herbip. S.R.I. Princ. Franc. Dux.

1 4 0 4. Guntherus de Schwarzenburg, Archi-Ep. Magdeb. S.R.I. Princeps,

1 4 9 7. Henricus de Schwarzenburg, Archi-Epiſc. Brem. Epiſc. Monaſt. S.R.I. Princeps.

## Sæculo XVI.

1 5 0 3. Joannes de Dalberg, Epiſc. Wormat. S.R.I. Princeps.

1 5 3 1. Richardus de Greiffenclau, Archi-Ep. Trev. S. R. I. Princ. Elector.

1 5 4 3. Waltherus de Cronberg, Supr. Ord. Teut. Mag. S.R.I. Princeps.

1 5 6 7. Joannes de Fels, Archi-Epiſc. Trev. S. R. I. Princ. Elector.

1 5 8 1. Jacobus ab Eltz, Archi-Epiſc. Trev. S. R. I. Princ. Elector.

1 5 8 2. Daniel Brendel ab Homburg, Archi-Epiſcop. Mog. S. R. I. Princ. Elector.

1 5 9 5. Georgius de Schönenburg, Epiſc. Wormat. S.R.I. Princeps.

1 5 9 9. Joannes de Schönenburg, Archi-Ep. Trev. S.R.I. Princ. Elector.

## Sæculo XVII.

1 6 0 1. Wolffgangus de Dalberg, Archi- Ep. Mog. S.R.I. Princ. Elector.

1 6 1 6. Wilhelmus ab Effern, Epiſcop. Wormat. S. R. I. Princeps.

1 6 2 6. Joannes Suicardus de Cronberg, Archi-Epiſ. Mog. S. R. I. Princ. Elector.

1 6 2 9. Georgius Fridericus de Greiffenclau, Archi-Epiſ. Mog. S.R.I. Princ. Elector.

1 6 5 2. Philippus Chriſtophorus à Söttern, Archi-Epiſc. Trev. Epiſ. Spir. S.R.I. Princ. Elector.

1 6 7 3. Joannes Philippus de Schönborn, Archi-Ep. Mog. Epiſc. Herbipol. & VVormat. S. R. I. Princ. Elector, Franc. Dux.

1 6 8 0. VVildericus de VValderdorff, Epiſc. Vienn. S.R.I. Princeps.

## Sæculo XVIII.

1719. Joannes Philippus de Greiffenclau, Epiſc. Herbip. S. R. I. Princ. Franc. Dux.

1724. Joannes Philippus Franciſcus de Schönborn, Epiſc. Herbip. S. R. I. Princ. Franc. Dux.

1729. Lotharius Franciſcus de Schönborn, Archi-Epiſc. Mog. Epiſc. Bamb. S. R. I. Princ. Elector.

1729. Fridericus Carolus de Schönborn, Epiſc. Bamb. & Herbip. S. R. I. Princ. Franc. Dux.

1732. Georgius Franciſcus de Schönborn, Archi-Epiſc. Trev. Epiſc. VVorm. S. R. I. Princ. Elector.

1737. Adolphus de Dalberg, Abbas Fuld. S. R. I. Princeps.

1743. Philippus Carolus ab Eltz, Archi-Epiſc. Mog. S. R. I. Princ. Elector.

1743. Damianus Hugo de Schönborn, S. R. E. Cardinal. Epiſc. Spir. & Conſtant. S. R. I. Princeps.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| S. R. E. | Cardinalis | 1. | S. R. I. | Electores | 14. |
| | Archi-Epiſcopi | 16. | | Duces | 6. |
| | Epiſcopi | 18. | | Principes | 40. |
| | Magiſtri Ord. Equeſtr. | 2. | | | |
| | Abbates | 4. | | | |

## MAJORES

*Ex*

*Illuſtriſſimis Agnatis Familiis in utrâque Arbore Genealogicâ,*

*PATERNA & MATERNA,*

*Nominatis*

## S. R. E. Præſules, ſimul S. R. I. Principes

### Præfuerunt univerſim numero 82.

Per Archi-Epiſcopos 23. Archi-Epiſcopatibus 5.
Moguntino, Trevirenſi, Colonienſi, Magdeburgenſi, Bremenſi.

Per Epiſcopos 44. Epiſcopatibus 18.
Auguſtano. Bamberg. Baſile. Conſtant. Curienſi. Eyſtad. Friſingenſi. Herbipol. Hildeſ. Levant. Metenſi. Monaſt. Spirenſi. Trident. Verdenſi. Worm. Vienn. Wratislav.

Per ſuprem. Ord. Magiſtros 4. Ordin. Equeſtribus 2.
Ordini Teutonico & Ordini S. Joannis Hieroſolymitani.

Per Abbates 11. Abbatiis Principalib. 2.
Fuldenſi & Hirsfeldenſi.

# EPIGRAMMA
## IN GLORIAM PERILLUSTRIS ARBORIS GENEALOGICÆ
# HUTTENIORUM
## Ab Agnatis S.R.E. Præſulibus & S.R.I. Principibus.

Fœcundæ ſunt ſummus Honos, ſunt Gloria Stirpis
Inſita ab artifici germina plura manu.
Sic etenim gaudet vario Stirps una decore,
Quæque ferunt variæ pignora, ſola parit.
Hinc Decus HUTTENIÆ venit, hinc nova Gloria STIRPI,
Quòd tot avita Sacer Germina junxit Hymen.

## Applauſus Allegoricus
## Ad
# GENEALOGICAM ARBOREM HUTTENIAM
## Per novem Æræ Chriſtianæ Sæcula
## S. R. E. Præſulum, & S. R. I. Principum
## Feraciſſimam.

Lemma: Supereminet omnes.

## ODE.

Novum feracis Prodigium Soli,
ILLUSTRIS ARBOS! FLORIDA LIBANI
PROLES PARENTIS! Quâ decoras,
Queis renites Specioſa, Dotes
Camœnâ adumbrem? jure virentium,
Quæ nutrit Orbis, dixero Germinum
TE Principem! nam quidquid amplo
Terra ſinu, rubicunda quidquid
Chloris, vel orto mitiùs influens
Calore Cœlum, quidquid avarior
In ſingulas partita Stirpes
Omnigenæ polyarcha Plantæ
Natura, in unam ceu patulâ manu
In TE profudit. Perſica jactitat
Malus ſalubres, quas hiulcâ
(Quando Chalybs inimicus ictum
Infert) Cicatrix ſudat aquas; ſuos
Rara excoquentes balſama termites,
Herbáſque morborum medelas,
(Ceu propriæ monumenta laudis)
Elata faſtu prædicat India.
Hinc univerſis certa fluit ſalus,
Hinc ſumma magnis infimíſque
Proſperitas, variíſque manat

Sors una Terris. Laudat Atlanticæ
Decora ſylvæ Progenies Citrus
Gratos odores; Hæc avitâ
(Quæ celebris nota vera Stirpis)
Virtute fragat. Luxuriosior
Extenſa quercus brachia, palmites;
Sublimis oſtentat Cupreſſus
Neſtoreos (tria ſæcla) Soles;
Inuſitatæ pluribus inſciam
Corruptionis prædicat Indolem
Cedrus: ſed obmuteſce turba,
Iſta tuos ſuperat decores,
Fructus & annos. Quot gravido vides
propullulantes Stemmate ſurculos,
Tot Principes cernis Ducésque,
Tot variis Celebres Tiaris
Myſtas, Decanos atque Aaronicæ
Gentis Nepotes aſpicis æmulos.
Ad hæc furentes inter Euros
Et tumidos Aquilone nimbos
Novena pridem ſæcula computat.
Quid nunc ſuperbis Vulgus inutile?
Huc perge, Reginam Ducémque
HUTTENIAM Venerare STIRPEM.

## EPIGRAMMA HERALDICUM
In
SCUTUM GENTILITIUM
HUTTENIANÆ ARBORIS GENEALOGICÆ (a)
Tot Equitum, Heroum, Principum ac Præſulum
Feraciſſimæ.

IN Scuto meritò STIRPS HUTTENIANA locâſti
AUREA PURPUREO BALTHEA BINA QUADRO.
In Martis Campo Tantorum ſanguine fuſo
Pro Patria Heroum Purpura tincta rubet.
Balthea quid? ſi non Decora, Aurea Vellera, Torques,
Queis GENS ILLUSTRIS claret utroque Foro.
Non igitur mirum eſt, Tot in una Stirpe coruſcos
ENSE, TOGA, MITRIS eminuiſſe VIROS.

VOTUM.

DoneC In a VrIferIs Te IVpIter erIget HortIs,
StIrps FeLIX MItrIs, Enſe, StoLIsqVe VIre. (b)

PARS III.

(a) *Scutum continet duas trabes aureas in campo rubeo.*
(b) *In annum Electionis Celſiſſimi.*

# PARS III.

## GLORIOSÆ STIRPIS LL. BB. ab HUTTEN IN STOLZENBERG ARBOR GENEALOGICA

à

CATHEDRALI ECCLESIA SPIRENSI

*NOVO TROPHÆO*

Coronata

*In*

*REVERENDISSIMO & CELSISSIMO PRINCIPE ac* DOMINO

D. FRANCISCO CHRISTOPHORO

*EX L. B. AB HUTTEN IN STOLZENBERG,*

DEI GRATIA

EPISCOPO SPIRENSI

S. R. I. PRINCIPE,

PRINCIPALIS ECCLESIÆ WEISSENBURGENSIS PRÆPOSITO,

ELECTO ET CONSECRATO.

*Pari paſſu ambulant Boni communis* Gloria *& ſalus, ùt illa avito & Illuſtri* Præſidum *Stemmate, ita hæc præclaris* Eorundem *virtutibus nititur. Has proinde, etſi magnas in omnibus, in iis tamen ſingulares eſſe decet, qui conjunctæ cum profanâ Reipublicæ Sacræ habenas ſuſcipiunt. Quemadmodum enim grave eſt, alterutram, ſic Graviſſimum, utramque cum utilitate ſubditorum & emolumento gubernare. Hoc qui faciunt, ut omnia circumſpicere, prævidere omnia poſſint, bifrontes Janos, aut Argos centoculos eſſe oportet, ne, dum proſunt alteri, alteri obſint, vel, dum invigilare utrique contendunt, neutri ſat bene proſpiciant. Atque ideo* REVERENDISSIMI CAPITULI GENIUS, *poſtquàm* Eccleſiæ Patriæque ſuæ *Honori per ſingularem* HUTTENIÆ ARBORIS GENEALOGICÆ EQUITUM, HEROUM, PRINCIPUM ac PRÆSULUM FERACISSIMÆ *prærogativam abundè conſultum iri videbat, de* RAMORUM *etiam in* EADEM *adhuc* FLORENTIUM *Dotibus cogitare cœpit. Reliquos inter Unus erat,* CEDRO *(de quâ Eccleſiaſtici c. 24. v. 17.)* IN LIBANO EXALTATÆ *non abſimilis; Folia ſequentem præferebant Epigraphen:*

FRAN-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0056-6

# FRANCISCUS CHRISTOPHORUS L. B. ab HUTTEN IN STOLZENBERG,

## ECCLESIARUM CATHEDRALIS SPIRENSIS, ET EQUESTRIUM COMBURGENSIS ET AD S. ALBANUM PROPE MOGUNTIAM CANONICUS CAPITULARIS.

## EPIGRAMMA:

QUæ, qualíſque arbor, prognati ex arbore fructus,
Sed quales fructus, arbor adulta probat.
Nunquam, crede, malâ prodit bonus arbore fructus,
Nunquam arbor fructum fert bona, crede, malum.
Inde ſibi ſimilem fauſto GENEALOGA partu
Fert fructum Hæc ARBOR: Fert Bona nempe Bonum.

*In Rami hujus ac inſcriptionis obtutu dum* Flora ECCLESIAM SPIRENSEM *defixam hærere, miróque amore exardeſcere notat, novas Eidem additura faces, Varias* CEDRI *Dotes in Varias* FRANCISCI CHRISTOPHORI *Virtutes ſymbolicè exponit.*

## DOS PRIMA CEDRI.

*Cedrus Teſte Plinio l. 13. c. 5. cariem, tineam & putredinem neſcit, quod odoratis medullis & latenti oleo debet. Unde idem Plin. l. 13, c. 4. & l. 24. c. 5. res etiam alias, aut odore Cedrino fumigatas, aut oleo inunctas, incorruptas perennare aſſerit.*

## *SYMBOLUM* INTEGRITATIS ET VITÆ EXEMPLARIS FRANCISCI CHRISTOPHORI.

Lemma: Incorrupta fragrat.

## ODE.

DOs prima Cedri eſt: Neſcia parcere
Jam ſæcularis parcit anûs comis
Putredo, nec rodunt iniquo
Dente ſenes tineæ medullas,
Sempérque pingues, quas nova vividi
Elacrymatur rimula corticis,
Guttæ ſuum ſpirant odorem.
Tale Soli, Superûmque Germen
FRANCISCUS. Hunc non noxia cæteris
Læſit putredo, Mens minimi viget
Ignara nævi, quin liguſtra,
Et niveas ſuperat pruinas:

Ne fortè tetris pollueret notis
Corulla labes, fœda cadavera
Sordéſque( Corvorum rapinas)
Æthereo peramata Colli
Columba fugit; non ſecus ac Olor
Tempeſtuoſi remige plumeo
Per ſtagna ſulcavit Cayſtri,
Nec modico maculatus æſtu eſt.
Sed quæ Sabæi copia pampini
Nares relaxat? quæ Syriæ ſeges?
Fallórne, vel felix propinat
Thurivomos Nabathæa rores?
Fallor! per Orbem par Hyacinthino
Virtus odori, ſanctior Indoles
Et Vita FRANCISCI refragrant,
Cûi Cilicum pretioſa meſſis
Fœto feracis Matris ab ubere
Stillata cedit. Suaveolens odor,
Quo latiùs manante tellus,
Quo ſuperæ recreantur Oræ!
HUNC, HUNC tuorum ſedula principum
Mima æmulatrix aſpice! pondera
Integritatem, ſeu fragrantes,
Ut medicos Arabum liquores,
Deliba odores! HUNC Patriæ, HUNC Tibi
INTAMINATUM delige PALMITEM,
Cujus ſacro creſces odore,
Nec cariem tineáſque paſces.

## DOS SECUNDA
## CEDRI.

*Cedrus robore ſolidiſſima quaſi oſſea altíſque defixa radicibus nullo tempeſtatis turbine labefactatur.*

## *SYMBOLUM*
## FORTITUDINIS ET CONSTANTIÆ
# FRANCISCI CHRISTOPHORI.

Lemma: Nativo pondere perſtat.

## ODE.

QUis Viri fortis dabit abſolutum
Ectypon Vates? Cedrus eſto: Cedrus
Sola nativo, titubante Pinu,
Pondere nixa
Efferos Victrix Boreæ furores
Ridet. At quænam peregrina Cedro
Comparem vidit, peperítve tellus,
Roma vel Hellas?

Vidit

Vidit affinis peperítque FRANCIS
MATER HEROUM; GENEROSUS HEROS
Iſte FRANCISCUS, Cui firma Mens eſt,
Pectus ahenum.
Impio mordax furat ore livor,
Gloriam carpat! ſtygis actus irâ
Mundus inſultet, fremat axis, hiſcat
Terra, triſulcis
Miſta bacchetur Cataracta flammis,
Torvus Æthnæis fabricata cryptis
Tela producat furor, ac minetur
Vulnera, Cædes!
Par Cedro ſtabit: Sacer umbo pectus
Muniit virtus, animúmque cœlum
Fulcit. His fretus malefauſta quævis
Fulmina ſortis
Spernit ùt floccos, gravidáſque vano
Halitu bullas. Age, quid moraris
Spira? FRANCISCUM Tibi, ſubditiſque
Elige fulcrum!
Proſperas Illo moderante Luces,
Et ſerenatos ſine nube Soles
Gnara venturi Tibi Muſa certo
Præcinit ore.
Abſque Thebani ſocio Gigantis
Robore immenſum feret incubantis
Patriæ pondus, Fideíque molem
Fortior Atlas.

## DOS TERTIA
## CEDRI.

*Cedrus rectâ in altum exurgit, nec ullâ vi in alterutram partem impellitur.*

*SYMBOLUM*
ÆQUITATIS ET JUSTITIÆ
## FRANCISCI CHRISTOPHORI.

Lemma: Indocilis flecti.

## ODE.

FAlsò relictis DIA THEMIS plagis
Migrâſſe ad Axem creditur; in Tuis
FRANCISCE tectis hoſpitatur,
Atque latus COMES ALMA ſtipat,
Regítque greſſus. HANC ſimili CLIENS
FRANCISCE, paſſu ſubſequeris DUCEM,
Servâſque nutum; quippe nullâ
Fraude, metu, vel amore cedis
Ab æquitatis tramite, Cynthius
Priùs ſtatutâ zodiaci viâ
Exorbitabit, atque totum
(Ut Phaëton) cinerabit Orbem.

Sic

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0059-6

Sic Jura, Leges, Juſtitiam ſacer
Conſtante Vindex protegis ægide;
Minoa nunquam Creta vidit,
Nec ſimilem dedit inquilinum,
Cûi clara avito ſanguine ſtemmata,
Longæque Patrum Stirpis Imagines
Ceſsêre, Majorúmque Ceræ.
Tros fuerit, Rutilúsve, Codrus
Vel Irus, æquus Jupiter adſuit,
Gravésque juſtâ cùm ſapientiâ,
Tum Lance cauſas judicavit
Impavidus THEMIDIS Patronus.
Ergo ſtateram porrige Patria,
Adjunge ferrum! Filia Numinis
Aſtræa FRANCISCUM Magiſtra
A teneris moderatur annis,
Et fida ſemper ſtat lateri Comes.
Hæc Ipſa ſacris atque forenſibus
In Curiis Dux præſidebit,
Atque dabit ſua cûique jura.

## DOS QUARTA
### CEDRI.

*Cedrus ſemper floret. Plin. l. 13. c. 5. unde eidem Ipſa Sapientia Æterna ſe comparavit Eccleſ. 24. v. 17.*

### *SYMBOLUM*
### PRUDENTIÆ ET SAPIENTIÆ
## FRANCISCI CHRISTOPHORI.

Lemma: Sapientum Inſigne.

## ODE.

JUre ſuo HUTTENIAM diſtinxit palmite STIRPEM
Cedrus rigata Palladis ſucco, ſacris
Cedrus amata jugis;
Vel propriâ HUNC junxit PARNASSI PRÆSES APOLLO
Dextrâ, politæ debitum Menti Decus,
Ingeniíque jubar,
Quo Laudata olim Terreſtria Numina vincit
FRANCISCUS Almæ Palladis RARUS CLIENS,
Quem fovet iſta ſinu.
Quin decus omne dedit SAPIENTIA FILIA Cœli,
Ut SANCTIORI PRINCIPI & REGI SION,
Dum ſacra ſceptra capit.
Prudentem clamoſa tace nunc Sparta Lycurgum,
Fruſtrà Catonem, grande ſapientum Caput,
Roma ſuperba colis;

Major

Major Teutoniæ Cato, major mente Lycurgus
FRANCISCUS, alter Argus & Janus bifrons
Cuncta futura videt.
Arbitra magnarum rerum prudentia ſæpe
Nodos reſolvit, ſæpè Conſilium efficax
Subſidiúmque dedit.
Phœnicem cernis Salomonem Spira, verendo
Epiſcopalem, ſi ſapis, Capiti Mitram,
Et Manui adde Pedum,
Adde Pedo Gladium! ſic te ter fauſta fovebit
Fortuna pullum, priſca Saturni tibi
Sæcla beata fluent.

# DOS QUINTA
## CEDRI.

*Cedrus præter oleum (Plinius l. 24. c. 5. Cedriam dicit) variorum morborum medelam, poma fert mirâ fœcunditate, aliis decidentibus, aliis ſubnaſcentibus, matureſcentibus aliis. Ita cum eodem Plinio Theophraſt. & Dioſcor.*

## *SYMBOLUM*
## BENIGNITATIS ET MUNIFICENTIÆ
# FRANCISCI CHRISTOPHORI.

Lemma: Nulli ſua dona negat.

## ODE.

NOn indecoro ceu roſa Cypridis
Quondam erubeſcens ſanguine, cæteros
Flores præit, ſic ſola Cedrus
Pomiferam ſuperat cohortem
Fœcunditatis laude; diutinos
Hæc ditiori parturit è ſinu,
Ut Rhea, fœtus, intimæque
Pœonio tumidas liquore
Plenáſque dulci Nectare gemmulas
Sudant medullæ. MUNIFICUM notat
Imago FRANCISCUM, perennes
Effluvio cumulante rores,
Fructúſque fundunt largifluæ manus,
Quæ crebra ſummæ flumina gratiæ
Cunctis dederunt, quos vel imâ
Vel mediâ malefauſta ſorte
Fata obruerunt. Olenium Jovis
Silete cornu ſomnia, largiùs
Ex æde FRANCISCI, manúque
In miſeros benefacta Codros
Fluxêre. Noſti Spira, quot indigos
Iri nepotes divite paverit
Menſâ, quot ægros languidóſque
Aurifluo recreârit imbre.

M Quantum

Quantum benignâ rarus Hic Artifex
In lauta egenis pabula dexterâ
Mutârit aurum, tecta nôrunt,
Tecta fero cumulata caſu.
Si, qui benigni munera pectoris
Senſêre quondam, non memores piæ
Benignitatis conticeſcent,
Sola tuas rediviva laudes
FRANCISCE, grato Carmine concinet
Ignatiani progenies Patris,
Ipſique dum ſtabunt penates
(Magna tuæ monumenta curæ)
Te prædicabunt, mutáque rudera
Laborioſæ ſollicitudini,
Tantóque perſolvent amori
Aſſiduas ſine fine grates.
Non vana vates auguror! Elige
Paterna tellus HUNC Tibi Principem
Ac Archi-Myſtam, & gratiarum
Ambroſio fluitabis amne.

*Reſtabant* Aliæ Prærogativæ, VARIARUM Symbola VIRTUTUM, *quas, ùt cœperat, avebat proſequi* ILLUSTRISSIMÆ FAMILIÆ Genius; *at Tantis* FRANCISCI CHRISTOPHORI *Dotibus mirùm delectatus* Cathedralis Genius, *ne Communia Vota diutiùs moretur, ex data ſibi poteſtate*, ARBORI HUIC *tot* Equitum, Heroum, Principum *ac* Præſulum FERACISSIMÆ Crucem Spirenſem *cum* Enſe & Pedo *conjunctam pro tantorum Coronide meritorum deſtinat*, *Et* FRANCISCUM CHRISTOPHORUM, *ex eadem* Illuſtriſſima Stirpe *oriundum*, *Sacræ Sponſæ Eccleſiæ Neo-Sponſum*, *Patriæ Patrem deſpondet:*

NE porrò ablatum doleas Eccleſia Sponſum:
Ecce novus ſuperûm Numine Sponſus adeſt!
Orphana nec plores ereptum Patria Patrem:
Ecce novum monſtrant aſtra benigna Patrem!

En! Eſt FranCIsCVs pLaCIDâ probVs InDoLe PrInCeps:
HIC Pater VnVs erIt, SponsVs HIC VnVs erIt. (a)

FRANCISCUM, ceu Sponſa colas Eccleſia SPONSUM,
Patria ceu PATREM Filia ſemper ames.

Eccleſia *impetrato, quem diu optârat*, Genii Cathedralis Capituli *aſſenſu exultans*, HUTTENIAM ARBOREM GENEALOGICAM *trino primùm amplexu inter tenerrimos Devotionis ſuæ affectus veneratur; tum advocatam (quæ ab ejusmodi Comitiis nunquam abeſſe ſolet) caduceatricem Famam eò, quò ſubditos Neo-Epiſcopi ac Principis ſui & videndi & ſalutandi ſtudium excivit, ablegat, ut* FRANCISCUM CHRISTOPHORUM *volente Cœlo, & Cathedrali Capitulo electum nuntiet. Hæc ocyùs avolans per omnes urbis plateas ſummâ vocis contentione declamat:*

VOLEN-

(a) *In Annum Electionis Celſiſſimi.*

# VoLente CoeLo
# et
# CatheDraLI CapItVLo
# FranCIsCVs ChrIstophorVs
# LIber baro ab hVtten In StoLzenberg
# PræsVL spIræ & prInCeps
# est
# eLeCtVs. (a)

*Vix optatum diu jucundiſſimúmque nuntium frequentiſſimæ multitudinis auribus inſonabat, exultabant illicò omnes, ac ſuam ſibi felicitatem gratulati, uno velut ore feſtivum Epinicion ſæpiùs accinunt:*

# VIVat
# FranCIsCVs ChrIstophorVs
# neo-eLeCtVs epIsCopVs
# et
# IMperII prInCeps!
# sanVs
# FLoreat. (b)

*Ita ſummi inſimíque ad* Hortum Genealogicum *concurrebant, ubi poſt varias acclamationes* Spirenſis Eccleſia *indicto elatâ manu ſilentio* ARBOREM HUTTENIANAM *novo Trophæo Coronatura,* Crucem ſuam & Pedum *è* RAMO CEDRINO *ſuſpendit, additâ ad* FRANCISCUM CHRISTOPHORUM

## ELEGIA EPIGRAMMATICA:

O Nemetum FRANCISCE Salus! FRANCISCE Tuorum
ÆMULE Majorum, Teutoniæque Decus!
Tu Sponſus meus & Princeps, ego ſubdita, Sponſa;
Perpetuæ fidei quæ Tibi ſigna dabo?
Dant aliæ portenta plagæ, dant bruta, Leones,
Dant volucres, Aquilas, omnigenáſque feras:
Non ego; Quam nuper SCHOENBORNA STIRPE revulſit
Parca, Tibi Niveam trado, dicóque Crucem.

Clarior

(a. b) *In Annum Electionis Celſiſſimi.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0063-4

Clarior Hæc cunctis Heroum in Vertice monſtris,
Pulchrior Hæc diris enitet una feris.
Crux noſtræ eſt ſcutum fidei, Crux arrha ſalutis,
In Cruce tuta quies, in Cruce ſolus honor.
Crux rubicunda diu nubes, noctúque columna,
Indiviſa Comes, Dúxque fidelis erit.
Non tantam puro diſpergunt æthere bini
OEbalidæ, quantâ promicat iſta face.
Prævia ſternet iter, quo, quot virtute Verendi
Te præiêre Patres, tot præiêre Duces.
Quin Tibi, ſi junctis occurrent viribus hoſtes,
Ut Conſtantino, certa trophæa dabit.
Ocyùs ergo Tuas in noſtris erige terris
(Quod rogito) Geminas, fortia fulcra, Trabes.
His impone Crucem, Fidei quam porrigo teſtem,
Stabit enim Geminâ, Crux magè firma Trabe.

# EPIGRAMMA HERALDICUM
## In
## CRUCEM SCUTI SPIRENSIS
## &
## DUAS TRABES LL. BB. ab HUTTEN.

CUr Binas HUTTENA ſibi delegerat ARBOS,
Non unam, aut plures in Sua Scuta Trabes?
Jam tum venturæ vidit STIRPS præſcia ſortis,
Quæ modò FRANCISCO proſpera fata favent.
Non trinæ quatuórve trabes, plurésve, nec una,
Sed binæ faciunt, arte jugante, Crucem.
Nempe decuſſatis Trabibus ſuffulta nitebit
Crux nova: fauſtum omen, CRUX Sociata CRUCI!
Fauſtum omen, Sociata Cruci Crux! namque valebunt
Plus Binæ, ac tantùm Crux valet una, Cruces.

Eccleſiæ *ſuccedit* Patria, *&* Cruci Principalem Enſem *addit*:

VIx Terras celsámque reget bene Jupiter Aulam,
Dextera ni Gladium, fulmina læva gerat.
Hinc Gladium FRANCISCE Cruci conjungo, Pedóque,
Quo Me defendas, quo tueâre Fidem.

# EPIGRAMMA
## IN
## PEDUM EPISCOPALE
## CUM GLADIO CONJUNCTUM.

CUr eadem ſibi dextra Pedum, Gladiúmque maritat?
Hæc, ni fallor, erit, cauſa: In utroque ſalus.
Illo juratos propulſat ovilibus hoſtes,
Et ſano ſcabras à grege pellit oves;
Hoc hoſtes Patriæ ſternit, vim víque repellit:
Sic Patriæ & Fidei conſtat utroque ſalus.

*Aderat*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0064-0

*Aderat & Principalis* Eccleſiæ Weiſſenburgenſis Genius, *qui, priorum inductus Exemplo*, Inſigne ſuum (*Caſtrum eſt Dipyrgum*) Spirenſi *annectit, cum* Epigrammate *felicitatis ſuæ* Prognoſtico:

ÆOlias contra furias & Orionis imbres
Tuta eſt, ſi fulcro nititur, alta Domus.
Ergo tuta, decet, ſis Weiſſenburgica Moles,
Cum duplici HUTTENIA niteris alta TRABE.

*Sic ſuſpenſa* Spiræ ac Weiſſenburgi Inſignia *novo portento in unum cum* HUTTENIANO *ad amuſſim Heraldicam coaluêre, ex quo*

## VATICINIUM HERALDICO-EPIGRAMMATICUM.

QUàm bene conveniunt, & in unâ ſede morantur (BES!
CRUX, CASTRUMq; BICEPS, HUTTENIÆq; TRA-
CRUX ornat, CASTRUMq; CRUCEM defendit, Utrumq;
Suſtentant BINÆ (fortia fulcra) TRABES.

*Fortè etiam de Electione* FRANCISCI CHRISTOPHORI *edoctus* Genius Societatis Jeſu, *quò præiêrant reliqui, ſequebatur, atque, ut ſuæ in* NEO-ELECTUM PRINCIPEM & EPISCOPUM *Devotionis Argumentum oſtenderet, Vaticinium, quod Herbipoli olim* CHRISTOPHORI FRANCISCI, *Glorioſiſſimi Herbipolenſis Epiſcopi, ac* Neo-Principis Noſtri *Patrui & Patrini Mauſolæo his verbis inſcripſerat:*

FRuctibus Hæc olim lætos cum matribus agnos
Arbos paſcebat: nunc ſine fronde riget.
Fallor: in hoc tumulo fructus trabs proferet iſta,
Perpetuum ſervans non ſine fronde decus.

Hoc *ſolutum* Epigrammate *offert:*

DIvinant vani deliria vana Poëtæ?
Aſt hæc Divinus verba Propheta dedit.
Hæc etenim in tumulo tulit Arbor florida fructum,
Atque novum cœpit non ſine fronde Decus.
Excrevit Ramus, Ramus, qui fructibus almis
Matres, & teneros paſcet, alétque greges.
Phœnicis Patrui FRANCISCI è Manibus Alter
Phœnix, FRANCISCUS prodiit Iſte Nepos.
Quem, velut una parem Virtus & Gloria fecit,
Sic eadem fecit ſors in Honore parem.

## EPIGRAMMA
In
## CHRISTOPHORUM FRANCISCUM
*PATRUUM & PATRINUM*
Ac
## FRANCISCUM CHRISTOPHORUM
*REVERENDISSIMUM & CELSISSIMUM PRINCIPEM NOSTRUM.*

FRANCISCUM, FRANCISCE! Tibi Lucina Patrinum,
STIRPSque Tibi Patruum, PRÆSUL Amande, dedit.

Auguſtum, Tibi per Patruum STIRPS, pérque Patrinum
Lucina oſtendit, quo ſequereris, iter.
Nempe, quod ad dignas Antiquo Stemmate Dotes,
Virtutes, Mitras ducit, Honoris iter.
Hoc Patruum es ſimili pede, Patrinúmque ſecutus,
Preſſiſtíque pedis ſigna relicta pede.
Calcâſti virtutis iter, ſed nobile virtus
(Ceu Patruo) ad Mitras, ad Peda ſtravit iter.

*Nondum omnia, quæ meditabatur, abſolverat* Genius S. J. & *ecce Tibi! una Cleri ac Civitatis vox inſonabat:*

UT vivas FRANCISCE diu, conſtantia Clotho
E conſtante Tibi vellere fila trahat;
Nec Lacheſis malecauta unquam de pollice labi
Tracta ſinat, nec atrox Atropos illa ſecet.
Sic felix TUA STIRPS, Eccleſia, Patria, felix,
Quisquis fauſta Tibi fata precatur, erit.

DUm finis pompæ, ſupplex Eccleſia, Magne
PRÆSUL, ait, ſacros Bruchſalia cernere vultus,
Amplectíque pedes ardet! Jam limina Caſtri,
Jam Te Mygdoniis ſubnixa Palatia fulcris
Hâc voce invitant: rutilis, FRANCISCE, quadrigis
Accelera, noſtróſque Tuo dignare penates
Adventu, fauſtâque fluent nova ſæcula ſorte.
Vix placido votis NEO-PRINCEPS annuit ore,
Patria regifico nitidos fulgore parari
Quadrupedes, Currúſque jubet; tum talia fatur
Ad Famam lateris Comitem:

HUc age Dædaleas ſuetis talaribus alas
Necte, & veracem corripe Fama tubam,
Ac Trans-rhenanas nova nuntia ſparge per Oras,
Quâ faciet PRINCEPS & NEO-PRÆSUL iter.

ILla ùt juſſa dedit, nexis talaribus alis
Fama volat, primóque vagi prope littora Rheni
(Quà flexo allambit Rheinhuſam gurgite) ſiſtit
Ingeminans:

DEpontane ſenex, Thetyos Magníque tricornis
Neptuni ſoboles, effer in alta caput!

AUdiit humenti peregrinas Rhenus in antro
Voces, & mirâ confuſus imagine rerum
Illicò arundineum lymphis caput altiùs effert.
Cuî linguâ properante refert hæc Fama:

UNdarum Princeps, arrectis auribus adſta!
Quæque tibi porto, nuntia læta cape;
HUTTENIO natus FRANCISCUS STEMMATE Faſces
Spirenſes, Cœlo ſic ſtatuente, tulit.
Isque tua (Auguſtam primò nam pergit ad Arcem
Bruchſaliam) ſuavi pondere terga premet.
Non te, quid Pietas, quid tanto debita Myſtæ
A te Relligio poſcat honórque, latet.

His

His dictis maturat iter. Sed gratibus actis
Rhenus ter torto ſubſultans corpore plaudit,
Spirenſémque petit ripam, comitémque canoro
Naïadum ſocias Divûm concire phalanges
Ære ſuo Tritona jubet. Canit iſte, ſonóque
Excitæ vitreis alacres Nereides undis
Proſiliunt, Fratrémque vident, lætæque per undas
Remigibus tendunt vicina ad littora ſquammis,
Ad quas ſic Rhenus:

Salvete undicolæ (mihi turba adamata) ſorores;
Exoptata diu gaudia ſumma fero!
Aſtra novum (quid enim flagrantia Vota morabor)
Aſtra novum è Divâ Stirpe dedêre Ducem.
HUTTENIÆ ſublimis Honos, & Gloria GENTIS
FRANCISCUS poſthac flumina noſtra reget;
Isque triumphali (ſi Famæ credimus) axe
Bruchſaliam tendens, tergora noſtra premet.
Siqua fides verbis, mœſtum deponite peplum,
Et croceo niveas pingite rore genas.
Dúmque iſtas calcabit aquas, circumdate navim,
Bachantíſque procul pellite bella Noti.
Pars lenes criſpabit aquas, pars remige ſulcos
Diffindet, varios pars aget illa choros.

Intereà raucus ſpargi per rura tumultus,
Quadrijugûm ſtrepitare pedes, ſtridere calenti
- Præcipites Temone rotæ, ſimul undique lætæ
(VIVAT FRANCISCUS) reſonare per aëra voces.
Hæc audit ſociata phalanx, vitreóſque reviſit
Ad fratris nutum (ſpumantia regna) Penates.
Solus vicinum nudato Vertice Rhenus
Subſtitit ad littus, nunc huc nunc pervigil illuc
Per ſylvas, per agros, per ſaltus lumina torquens.
Ecce tibi! à dextra varii longo ordine currus,
(Quales nec primis victrix victoribus olim
Roma, vel Athletis Heroa paraverat Hellas)
Appropiant, ripámque petunt, ubi poplite flexo
Procumbens Rhenus muſcoſo hæc ore profatur:

## ODE.

Salve mearum Gloria gentium
FRANCISCE PRINCEPS, IMPERII DECUS
TUÆque STIRPIS! ecce ſupplex
Cornigeros (mea regna) fluctus
Subſterno calci, prociduo Tuum
Adoro Numen vertice! regia
(Ni pauca dedignêre Vota)
Undivagum preme mole tergus!
Nec pœnitebit! ſtridula vocibus
Vagæ per undas Filia Doridos,
Omníſque noſtræ turba gentis
Aonios imitata colles

In

In dulce ſolvet guttura canticum,
Moræque lætis tædia plauſibus,
Feſtiſque miſcebit trophæis;
Ipſe tuæ dabo vela cymbæ.

ANnuit optanti Princeps, ſcandítque phaſelum.
Mox ſacrum pronæ ſubſtrato vertice pondus
Glaucæ ſuſcipiunt, aliæ ſuaviſſima libant
Baſia vectrici cœleſtis pignoris alno,
Suavè canunt aliæ, lætóque celeuſmate ripæ
Applaudunt, valles reſponſant, mutáque gaudent
Saxa datos iterare ſonos, dum dente tenaci
Anchora mordet humum, & vectos exponit ad oram.
Tum Rhenus, Sociæque novo clamore ſequuntur:

VIVAT IO! SEROS VIVAT FRANCISCUS IN ANNOS,
VIVAT DUM PARCO, QUOSCUNq; HIC CONTINET ALVEUS,
EBIBERIT LATICES VOLUCRIS MOEANDRIA ROSTRO!

Aſt ubi pulſatis ſenſerunt verbera tergis
Cornipedes, tortâ volitant perniciùs haſtâ.
Hìc, Superi! quanto reſonantes undique campi
Exiliunt plauſu? quanta agros, quanta voluptas
Pertentat ſylvas? FRANCISCUM arbuſta ſalutant,
FRANCISCUM reddunt ſtreperæ per confraga rupes,
FRANCISCUM Daphnis Magni ſub nomine Panos,
Cuſtodíſque canit, ſub nomine Daphnidis ipſæ
Reſpondent Dryades, FRANCISCUM in vallibus Echo,
Dîique, Deæque aliæ feſtivâ voce verentur.
Sic prope Bruchſaliam ventum eſt, ubi tympana tactu
Adventum teſtata Sui Neo-Præſulis omnes
Per plateas reboant, ſummis è turribus æra,
Alternant, crepitántque tubæ: Jam Fama frequentem
Exciêrat portis populum: Juveneſque, Viríque,
Cum patribus matres, nodoſo ſtipite nixi
Confluxêre ſenes, omnes agnoſcere flagrant
Ora Ducis. Stat fronte ferox hinc miles in armis,
Inde vigil civis: quâvis in fronte trophæa,
Et zephyris agitata volant vexilla per auras.
Quæ, Superi! feſtæ feſta inter gaudia voces!
Sed fallor: vox una fuit, vox aurea! VIVE!
VIVE DIU FRANCISCE, DIU DOMINABERE nobis!
Jam mentes oculóſque rapit ſolennis in Arcem
Ingreſſus, quem Muſa novo perculſa ſtupore
Dum tenui porrò meditatur claudere metro,
Clerus, Nobilitas, Cives Patriæque Coloni
His interturbant:

NOBI-

# NOBILITAS & SUBDITI
*REVERENDISSIMUM ac CELSISSIMUM*
NEO-ELECTUM SUUM
# EPISCOPUM ET PRINCIPEM
IN ARCIS BRUCHSALIANÆ ATRIO
Ad
# EPISCOPALE SOLIUM
Invitant,
Eidémque Summam proſperitatem Vovent.

## ODE.

ADes faventi Numine Cœlitum
FRANCISCE PRINCEPS, GLORIA, GAUDIUM!
Ades Serene denigrati
Phœbe Poli, rutilóque cæca
Ferocientum nubila Plejadum,
Bellique nimbos lumine diſcutis,
Nováque terras luce pingis,
Luce Jubar ſuperante ſolis.
Ades labantum Spes Nemetum! CUI
Epiſcopalem præ reliquis Thronum
Dî deſtinârunt! MAGNE PRINCEPS
Scande Thronum, ſociósque Dextrâ
Capeſſe faſces! ſuſcipe creditos
Tutor clientes, perpetuis tuos
Tuere, propugnáque curis,
DUX populi memorande, Paſtor
Gregis! cygnæo ſi gravior tua
Conſperget ætas tempora vellere,
Viréſque frangentur, vigoris
Eſto tui reparator Ales!

Hæc inter FRANCISCUS adeſt, clarúmque ſmaragdis
Inſcendit ſolium, Nemetúmque capeſſit habenas.

*Plura parabant* Devotæ NEO-ELECTO PRINCIPI *ac* PRÆSULI Muſæ, *ſed ab importuno ſene (cui* Tempus *nomen) ſæpiùs jam monitæ, plectrum deponunt; ubi ſenex ipſe hoc ſubjungit*

## VOTUM FINALE
Pro
## ELECTIONE:

QUot reſtant luces primas Jani ante Calendas,
Tot FRANCISCE! TIBI fauſta det æva Polus!
Non prIVs InVIsæ (præpoſtera NVMIna) DIVæ
AbſoLVant VItæ forCIpe fILa TVæ. (a)

*Intereà dum Electionis feliciter peractæ Confirmatio à ſupremo Chriſti in terris Vicario,*

O

(a) *In annum Electionis Celſiſſimi Principis.*

*Vicario*, *Sanctiſſimo Domino Noſtro Benedicto XIV. petitur*, *tempus opportunum nacti Ordines varii perpetuam* FRANCISCO CHRISTOPHORO *in Tanta Dignitate felicitatem ominantur. Sanctiſſimus verò Dominus Noſter ùt allatum de* FRANCISCI CHRISTOPHORI Electione *nuntium intellexerat*, *eandem exaratis primò litteris*, *tum ſolemni etiam Bullâ ratam habuit*, *orthodoxo Gregi Spirenſi non parum gratulatus*, *quod eum ſortitus ſit Paſtorem*, *Cujus Dotes Epiſcopali ſolio digniſſimas*, *ac Virtutes verè Paſtorales Ipſe pridem Romæ teſtis & arbiter agnovit ac dilaudavit.*

*Itaque cum ad imponendam* GENEALOGICÆ GLORIOSI HUTTENIORUM STEMMATIS ARBORI *ſupremam coronidem præter* Epiſcopalem FRANCISCI CHRISTOPHORI Conſecrationem *nihil deeſſe ampliùs videretur*, *ad eandem ſolenniſſimè celebrandam ſingula primò accurantur*, *tum*, *ut ſupremæ* Pontificali Inaugurationi *manus imponantur*, REVERENDISSIMUS ac CELSISSIMUS Neo-Princeps & Præſul FRANCISCUS CHRISTOPHORUS *ad* Eccleſiam SS. DAMIANI & HUGONIS *prope Palatium Epiſcopale magno comitatu ſe confert*, *ubi invocatâ inter tenerrimos pietatis affectus S. Spiritûs Gratiâ*, *jucundo Cœlis ſpectaculo initium datur. Provocatæ denuò Muſæ cum collecta ex omni ſtatu & ætate ingenti multitudine confluxerant*: *Hujus*, *ùti corda*, *ſic linguæ in feſtivas acclamationes pruriebant*; *Illæ*, *ut & ſuæ in* REVERENDISSIMUM ac CELSISSIMUM PRINCIPEM SUUM *obſervantiæ*, *& bonorum omnium votis facerent ſatis*, *lenè ſonanti barbyto* ſingula Epiſcopalis Dignitatis Inſignia ſingularum FRANCISCI CHRISTOPHORI Virtutum *præmia interpretari meditabantur*; *At ipſa Loci & Myſterii ſanctitas religioſum imperavit ſilentium. Quare magnâ taciturnitate ac reverentiâ ſacræ ſpectabantur Ceremoniæ*, *quibus tandem abſolutis hinc* ECCLESIA *cum* CLERO, *inde* PATRIA *cum* NOBILITATE & Civibus, REVERENDISSIMI *ac* CELSISSIMI PRINCIPIS & EPISCOPI NEOCONSECRATI *pedibus affuſæ*, *in* Sacrato Vertice Mitram, Pedum *in* Dextera *venerabundæ ſuſpiciunt*: ECCLESIA MITRATUM AARONEM, INUNCTUM DAVIDEM PATRIA, *Ambæ* providum Parentem FRANCISCUM CHRISTOPHORUM, feliciſſimáque ſub auſpicato ILLIUS Regimine tempora ſibi gratulantur.

# ODE.

INSIGNIS AARON! quæ deerant TIBI,
Nunc impetrâſti prodroma cœlicæ
Felicitatis ſigna: dextram
Grande Pedum gravat, alma frontem
Tiara cingit. Tam nitidâ Tuas
FRANCISCE Dotes præ reliquis Polus
Remuneratur Dote, tantum
Una parit pietas bravium!
INUNCTE DAVID, Magne Pater Tuo
Throno advolutos aſpice ſubditos,
Qui Te Patrem ſuum, Ducémque
Unanimi venerantur ore,
Unúmque poſcunt: detege ſingulis
Iter ſalutis, paſce Gregem, Focos,
Aras, Penates, univerſas
Enſe, Pedo moderare terras!

Ter

Ter noſtra felix Patria, cuî Tuos
Ter auſpicato ſidere contigit
Nutus vereri! ſic Sioni
Æqua Deæ Salomonis aucta
Sub Te videbit ſæcula; Numini
Depaſta edaci temporis orbitâ
Templa erigentur, ſacra creſcet
Innumeris opibus ſupellex.
Paterna Tempe, Jugera Daphnidis
Fœcundiori gurgite provida
Pales beabit, prata, colles,
Ambroſii juga plena roris
Longè eminebunt; Annua largior
Centuplicato fœnore villicis
Mater Ceres pendet tributa,
Fertilius joviale Nectar
Implebit uvas, TE DUCE Marſpiter
Hinc exulabit, vel calido ſatis
Cruore tinctum condet enſem,
Niliacas imitatus undas
Hermíque fluctus, aurea priſtino
Rhenus rotabit ſyrmate flumina.
Hæc luſtra ſub TE Spira cernet,
Luſtra Tuis memoranda geſtis.

# ODE,

Quæ

GLORIOSÆ ARBORI GENEALOGICÆ

LL. BB. ab HUTTEN

IN STOLZENBERG

Per Novem Æræ Chriſtianæ Sæcula

Tam in S. R. E. quàm S. R. I.

Heroum, Equitum, Principum ac Præſulum

Feraciſſimæ

NOVUM TROPHÆUM

In

FRANCISCO CHRISTOPHORO

Gratulatur,

Ac

Diuturnam Viriditatem, Florem & Incrementum

Precatur.

PEracta res eſt! Quam TIBI STIRPS SACRA,
Quam Spira junxit, lingua ſilentio,
Non voce gratatur Coronam,
Perpetuum Decus ac Trophæum.

Hìc Muſa ſiſtit, Muſa tuis diu
Non finiendis laudibus imparem
Se faſſa, majorique Vati
Materiem meliore dignam
Plectro relinquit. Sola capacior
Hæc verba SACRO Voráque CORTICI
Inſcribit aurêo penna ſucco:
Ut quatuor redimita Ramis (a)
Flores, refiore, dum trepidantibus
In fine mundi verſa repagulis
Natura cedet, & refractis
Cardinibus ruet acta tellus.
Quanquam reflores; nam Tibi QUATUOR (b)
Feliciori Numine SURCULOS
Dedêre, & omni gratiarum,
Ac animi, Charitúmque donis
Auxêre Cœli, Quos Peda Præſulum,
Ducum Galeri, Purpura Principum,
Martíſque præſtolantur Enſes,
Quos varii cupiunt Monarchæ.
In His perenni Vere ſuperbies,
Et expavendum cœlicolûm Patri
Cacumen extolles; In Iſtis,
Quà croceis Phaëton quadrigis
Orbem reviſit, quaque Aquiloniis
Occumbit undis brachia porriges,
Dum proſperâ felix ſenectâ
Innumeris onerata Mitris
Pedis, Tiaris, atque Ducalibus
Præſtans Galeris, Faſcibus, Enſibus
Tonantis ad nutum ſubibis
Elyſios ſacra planta campos.

## VOTUM CHRONOGRAPHICUM
Ad
# ARBOREM GENEALOGICAM,
Ut in teneris, quos denuò alit, quatuor Surculis Suis quàm diutiſſimè vireat & floreat.

FeLIX fLore Arbor! neqVe pVtrI Dente tereDo
EXeDet has StIrpes, aVt fera raVCa fIbras.

Ad

(a) *Alludit ad ſuperſtites ex Illuſtriſſima Stirpe, REVERENDISSIMUM & CELSISSIMUM PRINCIPEM ac DOMINUM D. FRANCISCUM CHRISTOPHORUM, & TRES FRATRES GERMANOS.*

(b) *Alludit ad quatuor ſuprà jam memoratos REVERENDISSIMI ac CELSISSIMI PRINCIPIS NOSTRI ex FRATRE NEPOTES.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0072-4

Ad
REVERENDISSIMUM AC CELSISSIMUM
PRINCIPEM & DOMINUM

# D. FRANCISCUM CHRISTOPHORUM

DEI GRATIA
Neo-Electum & Conſecratum Epiſcopum Spirenſem, S. R. I. Principem & Principal. Eccleſiæ Weiſſenburgenſis Præpoſitum &c. &c.
*DOMINUM NOSTRUM CLEMENTISSIMUM*

VOTUM CLERI:

FeLIX VIVe GregIs Paſtor, CentenáqVe SanVs
PaſtoraLe PeDVM Paſtor In æVa gere!
HæC Spes Certa: TVo TIbI CreſCet oVILe Labore,
EXVrgent SaCræ, qVas preMIt orCVs, oVes.

VOTUM POPULI:

VIVe Pater PatrIæ FranCIsCe, DIVqVe VIgebIt
PatrIa Te VIVo & SospIte, Magne Pater!
VIVe, preCes repeto, FLore, DVM PatrIa bVstIs
Noſtra SepVLta sVIs, Orbe rVente, rVet.

UTRIUSQUE
Ad
BEATISSIMAM VIRGINEM
MARIAM
THAUMATURGAM SPIRENSEM
Pro
DIUTURNO REGIMINE ET FELICITATE
FRANCISCI CHRISTOPHORI.

Magna DeI GenItrIX, IeſseIa VIrgo, Patrona,
Ne CLerI & PopVLI reſpVe Vota tVI!

P Fran

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0073-0

FranCIsCo VIgILI CLerI popVLIqVe ParentI
EXora à IESV SæCVLa MILLe Parens.

*Solennitatis jam finis erat*, *cum* idem, *quemadmodum è* Sacratiſſimo JESU Nomine *pectori inſcripto facilè apparebat*, S. J. Genius *citato curſu advolabat*, *ut*, *qui* NEO-ELECTO *nuper* REVERENDISSIMO *ac* CELSISSIMO PRÆSULI & PRINCIPI FRANCISCO CHRISTOPHORO, DOMINO SUO CLEMENTISSIMO *applaudebat*, & *ſuum de* EJUSDEM CONSECRATIONE *gaudium palam faceret*. Hic *totius* ELECTIONIS *ac* CONSECRATIONIS *ordinem*, *quem reverenti calamo*, & *exili metro*, *adjunctis bonorum omnium votis*, *deſcripſit*, *offert*, *séque* & *quinquaginta ſex ſocios ſuos*, *per Epiſcopatum*, *Badenæ*, *Ettlingæ*, *Neoſtadii ad Hardam*, *Spiræ*, *ac quatuordecim in pagis Vineam Domini excolentes*, REVERENDISSIMI & CELSISSIMI EPISCOPI & PRINCIPIS SUI *Altiſſimæ Protectioni*, *Clementiſſimis Favoribus*, & *Benedictioni Epiſcopali humillimè commendat*, *ínque debitæ tum ſuæ*, *tum quatuor Domorum ſuarum Devotionis Mnemoſynon*, *ſequens porrigit*

## CHRONOGRAPHICUM:

Tot Degas annos ſoſpes, qVot MVsa LIgaVIt,
PræLóqVe eXpreſsIt Verba, pIásqVe preCes!
SeD paVCos opto: VItæ, qVot Verba, tot annI
LabentVr, pLVres ſors anIMVsqVe petIt;
Tot VIVas, DoneC nobIs ſat VIXerIs, opto,
NeC nobIs VIVes, sI MorIere, satIs.

## FINIS.

## AD LECTOREM.

*Majori, ùt cernis, FRANCISCI STEMMA, PARENTES,*
*Quàm proprias Dotes, Carmine Muſa canit.*
*Quæris, cur? ut, quâ natus ſit Origine, nôris;*
*Hoc nôſti? ſatis eſt: cætera namque patent.*
*Si tanta eſt in Avis, Proavis, Atavíſque, minórne*
*In ſero virtus eſſe Nepote poteſt?*
*Ergo LAUS STIRPIS TUA LAUS, FRANCISCE! TUÆQUE*
*DOTES SUNT STIRPIS GLORIA SUMMA TUÆ.*

O.A.M.D.G. & B.V.M.H.

Zb 7938
40
ULB Halle 3
004 917 251
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0075-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0076-6

# ARBOR GENEALOGICA
## ILLUSTRISSIMÆ STIRPIS
## LL. BARONUM ab HUTTEN IN STOLZENBERG

Per novem Æræ Chriſtianæ Sæcula
In Sancta Romana Eccleſia & Sacro Romano Imperio
HEROUM, EQUITUM, PRINCIPUM AC PRÆSULUM
Feraciſſima,
*NOSTRO HOC SÆCULO*
NOVO TROPHÆO
CORONATA,
QUANDO
REVERENDISSIMUS & CELSISSIMUS
PRINCEPS AC DOMINUS,

## D. FRANCISCUS CHRISTOPHORUS

[EX ILLUSTRISSIMA FAMILIA
LL. BB. AB HUTTEN
IN STOLZENBERG,]
*DEI GRATIA*
EPISCOPUS SPIRENSIS,
[S. R. I. PRINCEPS,
ECCLESIÆ PRINCIPAL. WEISSENBURGENSIS PRÆPOSITUS &c.
*DOMINUS NOSTER CLEMENTISSIMUS*]
Die 14. Novembris Anni 1743.
ELECTUS,
Die 17. Maji Anni Sequentis
*SOLENNISSIMO RITU*
CONSECRABATUR,
gratVLante & appLaVDente
eX DebIta gratItVDInIs obserVantIa
soCIetate IesV spIrensI.

Bruchſaliæ, Typis Antonii Georgii Gottſchall, Typographi Aulici.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-153588-p0077-2